

Digitaliseret af / Digitised by

DET KONGELIGE BIBLIOTEK

THE ROYAL LIBRARY

København / Copenhagen

For oplysninger om ophavsret og brugerrettigheder, se venligst www.kb.dk

For information on copyright and user rights, please consult www.kb.dk



Ny kgl. Saml. 365, 8°




σοφία τῶν ἀνθρώπων
ἀνάνθρωπον.

Martinus Camutius Danus
S. p. s.

·9·A·J·

Joÿeux en Espérance.



Εις ωάνδας, τῆς τι
γραφομένης ἐν τούτῳ
τῷ βιβλίῳ, ᾠδή.


Ανδρῶν εὐγενέων, σοφῶν, ἀγαθῶν,
Ενδίμων, ἀγαθῶντε μνημονεύων
καὶ Ζηλῶν, ψυχὴ, οὐχ ἁπαρξῇ
Εν ωάνδιν. διεγερτικὸν μάρ ἐστι
Ενδόξως ἔτι, καὶ καλῆς ἀγῶνας:
τῶν θερμῶν ἐφορᾶν, ωαρανικέσθε:
καὶ γνώμας ἐπιδεικέσθεμεν φρονίμων.
ὡς ἀνὴρ φρένα τέρπεται, λεγόντων
Ευφώνως φρονιμωτέρων ἀκμῶν:
ὡς λίαν φίλον ἔσεται φιλέργῳ,
γινώσκειν τι καλὸν καλῶς γράφοντας.
Καλὸς καλὰ γράφει, κἠσθλὸς ἐσθλά.
οἷον μὲν σόμα: τοῖα ἔσιν ἀνδή.
Μῶρος μῶρα λέγει, σοφῶς σοφὸς δέ.
τῷ μὲν λυδιτελὴς λόγος γλυκύστε:
τῷ δ' ἄχρηος, ἄπειρος, ἀωρεωΐστε
Μῦθος. τοῦνεκεν εὐφρονέων ἀνδὶ

ἄλλων ἀιρέομαι: δαπρόνωνΐε
φωτῶν βύβλομαι εἰκόνας: καὶ ἀύΐω
τνώμας, μνημόβωονΐ' ἀεὶ φυλάσ
των γὰς φωτιαπόν με θῆκε κλήβω
μνήμων ἀϊδίος φίλων ἑταίρων
ἡρώων ἀγαθῶν, σοφῶνΐε φωτῶν

1 5 5 8.

Ιβανάκ ὁ Μαυρίτιος Δάνος

σοφίαν τῶν κλεπτόντων ἀνάγκη.




D. AND.
ALCIATI EMBLEMATA DENVO AB ipso Autore recognita, ac, quæ desiderabantur, imaginibus locupletata.

Accesserunt noua aliquot ab Autore Emblemata suis quoq; eiconibus insignita.

LVGDVNI,
APVD
GVLIELMVM
ROVILL.

M. D. LXIIII.



AD LECTOREM.

EMBLEMATA *illa pulcherrima Andreæ Alciati, Patricy Mediolanensis, Iurisconsultorum eloquẽtissimi, & eloquẽtiũ iurisconsultissimi, quæ vir ille nũquã ab literis feriatus, dũ à seuerioribus legum studijs respirat, & humanæ literaturæ Musis amœnioribus recreatur, ludendo effudit* ἀφορισικῶς καὶ ἀνακόλαθως. *prout varium, vel sensibus externis, vel commentationibus internis sese offerebat argumentum. Eas nos sub generalibus præcipuarũ rerum capitibus in locos communes, tanquã in certas classes digesseramus: à summis, ad ima progredientes. Non eo sanè cõsilio, vt Autore ipso in œconomia sui operis, aut diligẽtiores, aut cõcinniores videri studeremus: sed vt illius lusus, in communes vsus adduceremus, eius operis duplici habita ratione, voluptatis nimirũ, & vtilitatis. Priore quidẽ, vt speciosior quædã operis forma extaret oculis legentium, singula suo quoq; collocata loco considerãtiũ. Cõpositã namq; sparsis, & ordinata confusis, fere solẽt apparere pulchriora. Altera autem, vt facilior, & prõptior esset quærentibus inuentio. Etenim expeditiùs*

est, diuersi res generis in suum quasque ordinẽ & locum dispositas: quàm in turbam, temere congestas inuestigare, si quando ijs opus habemus vtendum. Porrò vsus Emblematum, præter gratiam, ac voluptatem ex incũda nouitate, quæ tadiũ leuat, breuem sentẽtiæ argutiam, quæ animũ pungit, numerosam versuum suauitatem, quæ aures mulcet, τῶν εἰκόνων picturam nõ inanem, quæ oculos pascit, Etiã ille (inquã) vsus est, vt quoties rebus vacuis complemẽtum, nudis ornamentum, mutis sermonem, alogis rationem tribuere, aut certè affingere velit quispiam, is ex Emblematũ libello, tanquã ex prõptuario instructissimo habeat quod domesticis parietibus, vitreis fenestris, aulæis, peristromatis, tabulis, vasis, signis, anulis sigillaribus, vestimentis, mensæ, fulcro, armis, gladio, supellectili denique omni, nusquam non inscribere, & impingere possit: ad hoc scilicet vt vsquequaque loquax, & aspectu iucunda sit rerum ad vsum communem spectantium facies. Quare & ipse Alciatus, sua hæc epigrammata appellatione conuenientissima inscribi voluit Emblemata. Sunt enim Emblemata vermiculata opera ex tessellis insititys apta & composita, interprete Budæo, quod & ipsa vocabuli Græci ori-

go ostendit. Verum quum hæc omnia superiore editione præstitissemus, ecce aliquot noua Emblemata ad nos mittuntur, ab Autore ipso superioribus addita. Hæc in suum & proprium quæque ordinem veluti superiora redegimus: quibus etiam, & aliys nonnullis prioribus, in quibus imagines desiderabantur, figuras appinximus, quoad fieri potuit, aptissimas. Superiora etiam Emblemata partim immutauit Autor ipse, partim emendatiora, & melius conformata reddidit. Quæ omnia postrema hac nostra editione in opus vnum, quod quanto locupletius, tanto sit perfectius, exhibemus. Quisquis igitur & sententiæ breuis acumine, & festiua imagine res suas decorare volet: ex hoc libello abunde haliturus est, vnde sibi desumat quod ad rē quamlibet accommodari posse videatur, idq; promptissime, & facilime, adaptato nimirum suo commento ad summa rerum genera, & singulas generum formas suo quasque ordine dispositas, iuxta rerum naturalem seriem, & vsum communem. Quarum etiã index tabula subiecta est operi vniuerso, à multis, & magnis, quibus vitiatum erat, mendis expurgato, & planè restituto κατὰ τὸ αὐτόγραφον.

CLARISS. VIRI AND. ALCIATI IN LIBRVM PRIMVM EMBLEMATUM præfatio, ad Chonradum Peutingerum Augustanum.

Dũ pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula picta viros;
Hæc nos festiuis Emblemata cudimus horis,
Artificum illustri signaq; facta manu:
Vestibus vt torulos, petasis vt figere parmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.
At tibi supremus preciosa nomismata Cæsar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo vati chartacea munera vates,
Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.

Psal: 118.

Non moriar, sed viuam,
& opera Dei narrabo.

Jacobus Andreæ D.
2. Martij 1581.
Tubingæ scripsit.

EMBLEM. DEDIC.

Ad Illustriſ. Maximil. ducem Mediol. ſuperinſigni ducatus Mediol.



Exiliens infans ſanuoſi e faucibus anguis,
Eſt generilitijs nobile ſtemma tuis.
Talia Pellæum geſſiſſe nomiſmata regem,
Vidimus, hisq; ſuum concelebraſſe genus.
Dũ ſe Ammone ſatũ, matrẽ anguis imagine lu-
Dinini & ſobolem ſeminis eſſe docet. (ſum)
Ore exit, tradunt ſic quoſdam emitter angues,
An quia ſic Pallas de capite orta Iouis?

Mediolanum.



Rituvicis vterus ... Heduis dat Sucula signum.
His populis patriæ debita virgo meæ est,
Quam Mediolanam sacram dixêre puellæ
Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerua fuit, nũc est, vbi numine Tecla
Mutato matris virginis ante domum.
Laniger huic signum sus est, animalq; biforme,
Acribus hinc setis, lanitio inde leui.

Romans

Impossibile est enim Deum sine
Deo, hoc est, verbo manere
a deo, unus per spiritum sanctum
in sancta et Gratia
Aug: de pastoral.
cap 14

Ego non possum negare
Antistitem sancte Trinitatis
me: sancta non
divinum
Exorcizamus te per
sirium Apostoli
Anno 1571 26 Aug
Ehrlich manet
63.

Nunquàm procraſtinandum.



ALCI ATAE *gentis inſignia ſuſtinet Alce,*
Vnguibus & μηδεν fert ἀναβαλλόμενος.
Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti,
Qui tot obiuiſſet tempore geſta breui?
Nunquam (inquit) differre volens, quod & indicat Alce
Fortior hæc dubitet, ocyor ánne ſiet.

DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deo lætandum.



Aſpice vt egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Iliacum ſumma per aſtra vehi.
Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Mæonius finxerit vnde ſenex?
Conſiliũ, mens atque Dei cui gaudia præſtant:
Creditur is ſummo raptus adeſſe Ioui.

Διὰ τὸ πνυσῶν ἦτορ μάλιστα χάνναδ.

Psal. 37

Spera in DOMINO, et fac bonitatē.
et inhabita terram, et Vēsum
quære fidelē.

Dele: fac in DOMINO, et fac bonitatē,
et inhabita terram, et Vēsum
quære fidelē, et dabit tibi peti
tiones cordis tui.

Revela DOMINO viam tuam, et spera
in eo, et faciet ipse.

Et deducet quasi lumen iustitiam tuā
et iudicium tuum tanquam meri
diem

J. Forsterus D. Et
in Acad. Heidelb. LL
professor Ordinar. ac
pro tempore Rector scri
bebat 11 Maij Ao 81.

Sapientia humana, stultitia est apud Deũ.



Quid dicã? quonã hoc cõpellẽ nomine mõstrum
Biforme: quod non est homo, nec est draco?
Sed sine vir pedibus, sũmis sine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
Anguẽ pedit homo, hominẽ eructauit et anguis,
Nec finis hominis est, initium nec est feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vafrum est species, sed relligione carentem,
Terrena tantum quiq; curet, indicat.

Ficta religio.



Regali residens meretrix pulcherrima sella,
Purpureo insignem gestat honore peplum.
Omnibus & latices pleno è cratere propinat.
At circum cubitans ebria turba iacet.
Sic Babylona notant: quæ gentes illice forma,
Et ficta stolidas relligione capit.

Non tibi, sed religioni.



Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
Pando verenda dorso habens mysteria.
Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
Pias q; genibus concipit flexis preces.
Ast asinus tantum præstari credit honorem
Sibi, & intumescit admodum superbiens:
Donec eum flagris compescens dixit agaso,
Non es Deus tu (aselle) sed deum vehis.


Quà Dij vocant eundum.



In trivio mons est lapidum: supereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore fracta tenus,
Mercurij est igitur tumulus. Sustende viator
Serta Deo: rectum qui tibi monstrat iter.
Omnes in trivio sumus, etq; e hoc tramite vitæ
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.

In omni actu sequenda est natura Dux optima, quæ Dei est ordinatio & vocatio.

Fœdera.



Hãc citharã, à lẽbi quæ forma halieutica fertur,
Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
Accipe Dux: placeat nostrũ hoc tibi tpe munus
Quo noua cum socijs fœdera inire paras.
Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chor-
Vnaq; si fuerit nõ bene tẽta fides, (das
Rupt áue (q̃d facile est) perit omnis gratia cõchæ,
Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.
Sic Itali coeunt proceres in fœdera, concors
Nil est quod timeas, si tibi consẽtet amor.
At si aliquis desciscat (vti plerũque videmus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

Isocrates

Optimum & firmissimum foedus est,
Iusté agere.

Talibus enim DEVS
confoederatus est.

Μεγίστην ἡγοῦμαι συμμαχίαν
εἶναι καὶ βεβαιοτάτην,
τὸ τὰς πράξεις πρᾴττειν.
εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν θεὸν
εὐνοϊκῶς ἔχειν τοῖς δικαίοις
μετὰ τοιούτων.

Scriptum manu
Davidis Chytræi

Silentium.



Cũ tacet haud quicquã differt ſapiẽtibus amẽs.
Stultitiæ eſt index linguaq́, vóxque ſuæ.
Ergo premat labias: digitoq́, ſilentia ſignet:
Et ſeſe Pharium vertat in Harpocratem.

Prudentiam hominis, aut ſtultitiam, ſermo arguit.

Non vulganda consilia.



Limine, quod cæco, obscura & caligine mōstrū
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris:
Depictum Romana Phalanx in prælia gestat,
Semiuiroq́, nitent signa superba boue,
Nosq́, monent, debere ducum secreta latere
Consilia: autori cognita techna nocet,

Consilia in rebus maximè bellicis sunt occultanda.

+

Horatius.

Sirenum uoces, & Circes pocula nosti;
Quæ si cum socijs, stultus cupidusq; bibisset,
Sub dea meretrice fuisset turpis & excors:
Vixisset canis immundus, amica luto sus.

Philippus Ludouicus Comes
in Hanaw scripsit Argentinæ
Anno Domini LXIX II Non:
Martij

Re quæstioni quidem cedendum.



Cecropia effictam quam cernis in arce Leænã,
Hermodij (an nescis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit mõstrare viraginis acrem
More feræ, nomen vel quia tale tulit.
Quòd fidibus cõtorta, suo non prodidit vllum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.

Meretricis exemplo amatoribus etiam per tormenta fidæ, constantiæ plusquam virilis ostenditur imago.

Consilio,& virtute Chimæram superari, id est, fortiores & deceptores.



Bellerophontes (ut fortis eques) superare Chimæram
Et Icij potuit sternere monstra soli.
Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis:
Consilioq; animi monstra superba domas.


B. Bellerophontis fabula, qui Chimæram inaccessum montem superauit: docet dextima consilia viribus præstare in iis conficiendis, quæ difficillima videntur.

Judus

Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus
Franges si vires experiere tuas.
Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis
Flumina: si contra, quam rapit unda, natas.
Obsequium tigres quod domat, tum dos q leones
Rustica paulatim tamen & contra sibat

Henricus comes in Nassaw
scripsit Argentinæ 15 Kl Lxix
11. Nonas Martij

Vigilantia, & custodia.



Instantis quòd signa canens det gallus eoi,
Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
Turribus in sacris effingitur, area mentem
Ad superos peluis quòd reuocet vigilem,
Est leo. sed custos oculis quia dormit apertis:
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Duobus istis Animalium Agalmatis ad templa statutis, admonetur Ecclesiasticus Pastor, gregem sibi commissum vigilantissimè custodire.

Νήφειν χρὴ μέμνησο· ἀπίστει, ἄφθογγα ταῦτα τῶν φρενῶν.
Sobriè viuendum:& non temerè credendum.



Ne credas ne (Epicharmus ait) nõ sol rius este.
Hi nerui, humanæ mentis erunt:
Ecce oculata manus credẽs id quod videt. Ecce
Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,
Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Ebrietatis temulentia,& credelitatis temeritas, à sapiente absint. Oculus in vola manus. Certitudo est rerum sensu perceptarum. Pulegium vero siti,& vinolentiæ contrarium.

1. Timoth. 4.

pietas ad omnia utilis est, pro-
missionem habens non presentis tan-
tum, sed etiam futurae vitae.

Jacobus Hermbrand D.



Πῆ παρέβην? Τί γὰρ ἔξεσ? Τί μοι λέον, ἢ τὸ τελεσθέν?
Quid exceſs? quid admiſi? quid omiſi?



Italicæ Samius ſectæ celeberrimus autor
Ipſe ſuum clauſit carmine dogma breui,
Quò prætergreſſus? quid agis? quid omittis agẽdũ?
Hanc rationem vrgens reddere quenq; ſibi?
Quod didiciſſe gruũ volitãtũ ex agmĩe fertur,
Arreptum geſtant quæ pedibus lapidem,
Ne ceſsẽt, neu trãſuerſas mala flamina raptẽt.
Qua ratione hominum vita regenda fuit.

Prudentes, Problema.



Iane bifrons, qui iam trã ſacl a, futuraq; calles,
Quiq; retro ſannas (ſicut & antè) vides,
Tot te cur oculis, tot fingunt vultibus? an quòd
Circunſpectũ hominem forma fuiſſe docet?

Sapientia ſedem habet in capite. Proinde biceps Ianus ſapientem ſignat: cui eſt præteritorum memoria, & futurorum prouidentia.

Te Deum

Ja: Te Deum D.

Prudens, magis quàm loquax.



Noctua Cecropiis insignia præstat Athenis,
Inter aues sani Noctua consilij. (est,
Ar miseræ meritò obsequiis sacrata Mineruæ
Garrula quo cornix cesserat antè loco.

Noctua tacitæ prudentiæ nota erat Athenis, sapientiæ studio nobilibus. Nam vt noctua parum admodum vocalis est at in tenebris oculatissima. Sic & prudens verborum vir est paucorum, & in obscuris perspicax.

Maturandum.



Maturare iubẽt properè, & cũctarier omnes.
Ne nimiùm præceps, neu mora longa nimis.
Hoc tibi declaret connexum echeneide telum,
Hæc tarda eſt, velitãt ſpicula miſſa manu.

In omni actu neceſſaria eſt maturitas, virtus inter nimiam celeritatem, ac tarditatem media, quæ Echeneide, concha naues remorante, & volucri iaculo figurantur.

Regula vitæ.

Deum time.
Christo fide.
Mundum fuge.
Sobriè vive.
Magistratum cole.
Iustitiam exerce.
Superiori cede.
Tua age.
Aliena non cura.
Proximum ama.
In luce ambula.
Ad mortem te para.

Ioannes Brenthius.

D.

In deprehenſum.



Iamdudũ quacunq; fugis te perſequor: at nũc:
Caſſibus in noſtris denique captus ades.
Amplius haud poteris vires eludere noſtras,
Ficulno anguillam ſtrinximus in folio.

Elabens fallacis fides, vi aſtringenda eſt: quemadmodum ficulni folij aſperitate, lubrica anguilla retinetur.

Custodiendas virgines.



Vera hæc effigies innuptæ est Palladis: eius
Hic Draco, qui dominæ cõstitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum
Huic data: sic lucos, særaq; templa colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas
Peruigili. laqueos vndique tendit amor.


Pallas virgo, puellas virgines, Draco vigil earum custodiam significat.

Job. 31. 1.

Pepigi foedus cum oculis meis
ut ne cogitarem quidem de Virgine.

Nicolaus Johannis Schinholm:
ex Maas.
Anno Christi Agrippinæ M.D.C.LXXXII.
die decimo Kal: Martij.

Vino prudentiam augeri.



Hæc Bacchus pater, & Pallas cõmuniter ambo
Templa tenent, soboles vtraque vera Iouis:
Hæc caput, ille femur soluit: huic vsus olivi
Debitus: inuenit primus at ille merum.
Iunguntur merito, quòd si qui abstemius odit
Vina: Deæ nullum sentiet auxilium.

Minerua doctorum ingeniorum præses, Bacchus vini, vtriusque largitor Deus. Bonum autem vinum acuit ingenium, si moderatè sumatur.

Prudentes vino abſtinent.



Quid me vexatis rami? ſum Palladis arbor:
Auferte hinc botros. virgo fugit Bromium.

Sapientes, præſertim fœminæ, à vino temperent.

proverb. 20. ℣. 1.

Luxoriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas:
quicunque his delectatur, non erit SAPIENS.

OSEE 4 ℣. 11.

Fornicatio, vinum & Ebrietas auferunt Cor

Christophorus Knoff
scripsit Coldingæ
cal. Martij
Anno 1579.

In statuam Bacchi.

DIALOGISMVS.



Bacche pater: quis te mortali lumine nouit?
Et docta effinxit quis tua membra manu?
Praxiteles, qui me rapientem Gnosida vidit.
Atque illo pinxit tempore qualis eram.
Cur iuuenis, teneraq; etiam lanugine vernat
Barba, queas Pylium cùm superare senem?

Muneribus quandoque meis si parcere disces
Iunior, & forti pectore semper eris.
Tympana nō manibus, capiti nō cornua desunt.
Quos (nisi dementeis) talia signa decent?
Hoc docco, nostro quod abusus munere sumit
Cornua: & insanus mollia sistra quatit.
Quid vult ille color mēlris pene igneus? (omen
Absit) an humanis vreris ipse focis?
Cū Semeles de vētre parēs me fulmine traxit
Igniuomo: infectum puluere mersit aquis.
Hinc sapit hic, liquidis q. nos bene diluit vndis:
Qui non ardenti torret ab igne iecur.
Sed nunc me doceas quī vis miscerier? & qua
Te sanus tutum prendere lege queat? (ni
Quadrātē addat aquæ, calicē sumpsisse faler-
Qui cupit. hoc sumi pocula more i uat.
Stes intra hominas: nam qui procedere tendit
Vltrà: alacer, sed mox ebrius inde furit.
Res dura hæc nimiū. sūt pēdula guttura, dulce
Tu fluis. Heu facilē cōmoda nulla cadunt.

Temulentia senium accelerat, sensus hebetat, intestina adurit. Quare vino exigua mensura parcendum, & iddem aqua diluendum.

+

Felix est, nō q multa possidet,
nūltaq; novit, sed q pro cōtemtu
Gaz rerū tendit ad coelestia.

Thom. Erastg scribebat
Basil. 20. Maij. 87.

Gramen.



Gramineam Fabio patres tribuêre corollam,
Fregerat vt Pœnos Hannibalemq́ mora.
Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
Vulgò aiunt, pullos sic fouet illa suos.
Saturno Martiq́ sacrum, quo Glaucus adeso
Polybides, factus creditur esse Deus.
His meritò arguitur nodis tutela, salusq́
Herbaq́ tot vires hæc digitalis habet.

Nec verbo, nec facto quemquam lædendum.



Assequitur, Nemesisq; virûm vestigia seruat,
Continet & culitum, dũraq; frœna manu.
Ne malè quid facias: néue ĩproba verba loquaris:
Et iubet in cũctis rebus adesse modũ.


Nemesis Dea est malè actorum, aut improbè dictorum vindex, cuius formido manum à maleficio, linguam à maledicto cohibet.

+

καλὸν ἐν παροιμίαις.
δ. Ἀκαιοπλατίας δὲ κάλλιον.

Ioan. Sturmius
17 Aprilis.
Anno 1562

Tandem, tandem iuſtitia obtinet.



Acacidæ Hectoreo perfuſum ſanguine ſcutum,
Quod Græcorũ Ithaco concio iniqua dedit:
Iuſtior arripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio, vt dominum poſſet adire ſuum.
Littoreo Aiacis tumulo nanque intulit vnda,
Quæ boat, & tali voce ſepulchra ferit.
Vicisti Thelamoniade, tu dignior armis.
Affectus fas eſt cedere iuſtitiæ.

Etiam ferociſsimos domari.



Romanũ poſtquã eloquiũ, Cicerone peremptо,
Perdiderat patriæ peſtis acerba ſuæ:
Inſcendit currus victor, iunxitq; leones,
Compulit & durum colla ſubire iugum,
Magnanimos ceſsiſſe ſuis Antonius armis,
Ambage hac cupiens ſignificare duces.

Nulla tanta eſt feritas, quæ non aut arte cicurari, aut vi domari poſsit, tam in belluis, quàm in hominibus.

$ D. M. S. I. D. $

Justicia tribuit suum cuiq3

Joannes Lud scripsi
hæc Hafniæ XIX
Julij Anno 1577


Gratiam referendam.



Aërio insignis pietate Ciconia nidó,
Inuestes pullos pignora grata fouet.
Taliaq; expectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia stirpem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Volucrũ exemplo docentur homines, ἀντιπελαργεῖν quod est acceptam à parentibus educationem iisdem referre senio defectis.

Abstinentia.



Marmoreæ in tumulis vna stat parte columnæ
Vrceus, ex alia cernere malluuium est.
Ius hæc forma monet dictum sine sordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.

Iudex iustus à muneribus capiendis abstinet.

Psalmo 146.

Laudabo Dominum in vita mea:
psallam Deo meo, quamdiu fuero.

Egidius Hunn Theologiæ
Professor in Academia
Marpurgensi scripsit
30 die Aprilis, Anno
Salutis humanæ 1582.

Vale

Bonis à diuitibus, nihil timendum.



Iunctus cõtiguo Marius mihi pariete, nec non
Sulpardus, nostri nomina vota fori,
Aedificãt bene nummati, satagunt q; vel vltrò
Obstruere heu nostris vndique luminibus.
Me miserũ, geminæ quẽ tãquã Phineа raptãt
Harpyiæ, vt propriis scatibus eiciant.
Integritas nostra, atq; animus quæsitor honesti
His nisi sint Zetes, his nisi sint Calaïs.

Signa fortium.

DIALOGISMVS.



Quæ te causa mouet volucris Saturnia, magni
Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo. quãtũ inter aues ego robore præsto,
Tantùm Semideos inter Aristomenes.
Insideant timidæ timidorum busta columbæ,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Confictum est hoc Emblema in gratiam Caroli Imper. qui Aquilam in scuto gestat, ipsum comparans fortissimo & inuicto Duci Aristomeni Messenio.

+

Nil intentatum virtus animosa relinquit.
Omnia sunt magnis experiunda viris.

POSTA

Martinus Barnekau

Cui clarum facinus multo sudore parata est
Multis sudor abest gratia parta manet
Cui tempus nullum peperit damnosa voluptas
Nemus inhaesit quodq placebat abiit

D prima spei puero Martino
Canutio Cano J. Gamus
Alburgi Argentorat: 12
Sept: 1568

Ἀριστοτέλης ἔφην· ἐπειδὴ μὴ γίνεσθαι τὰ πράσσειν ὡς
βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται.

Vt quimus, aiunt, quando non possumus ut volumus.

Ἀλλὰ σὺ ἐν δεινοῖς χρατερὰν φρένα χερσὶ πίεσον·
ῥαδίνλας δὲ χειρῶν ἐαλαῖς ἐλαφρὸν ἀμοιβαῖς.

Nobilitate, doctrinaq; pariter
& virtute claro, iuueni, Mar-
tino Canuto, Licha scribe-
bat Fridericus Sylbur-
gius, mense Aprili,
a. 1582

Ἀνέχε καὶ ἀπέχε.



Et toleranda homini tristis fortuna ferẽdo est,
Et nimium felix saepe timenda fuit.
Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
Multa pati, illicitis alsq; tenere manus.
Sic ducis imperium vinctus fert poplite taurus
In dextro: sic se continet à grauidis.

Taurus validus, & ad Venerem potens, homini tamen longè infirmiori subseruiens, & à boue grauida abstinens. Patientiæ & continentiæ præbet exemplum.

In adulari nescientem.



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora
Mutet, & vt varios quærat habere duces:
Nescit adulari, cuiquámue obtrudere palpũ,
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed veluti ingenuus sonipes, dorsõ excutit oẽm,
Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
Nec sæuire tamen domino fas: vltio sola est,
Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

Popularis rebellio ob iniquiorem Magistratus administrationem comitatur.

Polyb: Lib: 4

Nouus quippe modus calumniæ inuenta
est, non ut superando, sed laudando fame
ac commodis hominum insidiari.
Quod uitium in cunctis principum ortu
usque adeò inolerit, ut ea loca tanquã
propria quasdam sedes sibi uindicare
elegisse.

Hermannus Kerssenerus
LL. D. Vniuersitatis Marpurgensis
Vice Cancellarius atq; Professor
scribebat Calend: Maii Anno 82.

Nescit funera Virtus.

Horat:

Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela.

+

Labor omnia vincit
improbus.

Petrus Kamus strijpsit Argentinæ
sub. Sept. anno salutis 1508.

Obdurandum aduersus vrgentia.



Nititur in pondus palma, & consurgit in arcũ,
Quò magis & premitur, hoc magè tollit onus:
Feri & odoratas bellaria dulcia glandes,
Quibus mensas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui constantis erit, præmia digna feret.

Quibuscunque aduersis obuenientibus, bene cœpta non sunt omittenda, quin constanter peragenda, ad felicis euentus finem.

Omnia mea mecum porto.



Hũnus inops Scythiciq́ miſerrimus accola põti
Vſtus perpetuo liuida membra gelu.
Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyæi,
Et pretioſa tamen ſtragula ſemper habet:
Nam murinæ illũ perſtringunt vndiq́ pelles,
Lumina ſola patent, cætera opertus agit.
Sic furẽ haud metuit, ſic vẽtos tẽnit et imbres.
Tutus apudq́ viros, tutus apudq́ deos.

Cicero in Paradoxis.

Nec non sapè laudabo sapientem illum Biantem: (Vt opinor) qui enumeratur inter septem sapientes. Cuius cum patriam Prienem cepisset hostis, cæteri ita fugerent, Vt multa de suis rebus secum asportarent: cum esset admonitus à quodam Vt idem ipse faceret: ego Vero, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. ille hæc fortuita, ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona.

Suo Martino Camutio contribuli & Amico charissimo, hæc scripsit Magnus Gidde Argentinæ 21 Iulij Anno Domini 1569.

Leo Byzantius Athenas venit: Vt sedaret seditione ciuium. Vbi in publicum corpore admodum pusillo prodiisset: omnib: risum mouit. Inde orien" dj, sumpsit occasione, Quid inquit o Viri Athe" nienses si conspexeritis Vxore mea: q tam pu" silla e Vt vix pertingat ad genua mea. Ad hanc" vocem cum maior etiam populj risus sublatq esset: subjecit. At nos tam pusillos si quando dissidem, vix nos ciuitas Byzantium capere pt: concordes vero vnq lectulus.

Amico singulari et dilecto studiorum socio Martino Canutio in Ὑπομόβορον Initiæ amicitiæ hanc suæ manq notam reliquit. Argentinæ .21. Julij. Anno salutis 1569

Falcho Giode

Concordiæ symbolum.



Cornicum mira inter se concordia vitæ est,
Mutua sint q3 illis intemerata fides.
Hinc volucres hæc sceptra gerũt: q9 scilicet oẽs
Consensu populi stant q3, cadunt q3 duces:
Quem si de medio tollas, discordia præceps
Adolat, & secum regia fata trahit.

Hoc illud est quod Sallustianus Micipsa dixit, Concordia res paruæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur.

Concordia.



In bellum ciuile duces cùm Roma pararet,
Viribus & caderet Martia terra ſuis:
Mos fuit in partes turmis coëuntibus eaſdem,
Coniunctas dextras mutua dona dari.
Fœderis hæc ſpecies: id habet Concordia ſignũ.
Vt quos iungit amor, iungat & ipſa manus.

Ciuilis fidei commune ſignum eſt Dextram iungere dextræ.

+


Concordia res parvæ crescunt
discordia dilabuntur

Hæc scribebat Torbenio
Rüt Haffniæ 5° Julij 1574

Virtus unita valet.

Has scribebat amicitiæ ergo
Guilielmus Rouvere Et.
Cassellis 16. Jun. Anno 87.

Concordia insuperabilis.



Ter geminos inter fuerat concordia fratres.
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor:
Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryonis.

Concordia inuictos facit vniuersos, qui singuli debiles forent.

Vnum nihil, duos plurimùm posse.



Laertæ genitum, genitũ quoque Tydeos vnà,
Hac cera expressit Zenalis apta manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa est.
Solùm mens hominem, dextráue destituit.

Maximis rebus gerendis, robur corporis, prudentia animi indiget: itidem & prudens animus, corporis viribus, & dexteritate opus habet.

Vnus amor iunxit studioz pectora nostra
Vnus erit nobis Dixero donec amor.

Amico meo faustoq; D.
Martino Canuto Dano
scripsi Daniel Stephanius
V. Cicero suis Philos.
8 Febr. Ao 81.
BVDINGÆ


Firmiſsima conuelli non poſſe.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiumq́ omnem barbare Turca libas.
Non tamen irrumpes perfracto limite: Cæſar
Dum Charlus populis bellica ſigna dabit.
Sic ſacræ quercus firmis radicibus aſtant,
Sicca licet venti concutiant folia.

Hoc Emblema applaudit Carolo V. Imper. Qui Turcas Vienna Auſtraſiæ arcuit.

Spes proxima.



Innumeris agitur respub. nostra procellis,
Et spes ventura sola salutis adest:
Non secus ac nauis medio circum æquore venti
Quam rapiunt: salsis iamq; fatiscit aquis.
Quod si helenæ aduenîat lucentia sydera fratres
Amissos animos spes bona restituit.

Metaphora à naui tempestatibus acta, ad Reipublicæ rationibus vexatã, itémque à Dioscurorũ luminibus salutiferis, ad ciuitatum defensores, aut boni Principis, vel Gubernatoris aduentũ. Qui Castoris & Pollucis ignes in tempestate gemini apparentes, proximam salutem nautis pollicentur.

Fundamentum Philosophiæ
Christianæ humilitas.

Theodo. Snepffius D.

Integrum sum animum rogo, spes nos. Cic.

Throcinius in Batto περὶ τῆς ἐλπίδος.

Δαρδεῖν χρὴ φίλον βάτε, τάχ' ἄψορον
ἔσσεται ἄμεινον·
ἐλπὶς ἐν ζωοῖς, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χ' ὡς ζεὺς ἄπλοκα μὲν σέλας ἄνδρος,
ἄπλοκα δ' ὄμβρ. Philelphus.

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis:
Spirandum est vivis, non est spes ulla sepultis:
Nunc pluit, & clare nunc Jupiter asserer fulget.

Throphilus Golius scribebat
Argentorati 19 Julij 1509.
Martino Camitio Hafforinsi
optimæ spei adolescentulo.

In simulachrum Spei.

DIALOGISMVS.



Quæ Dea tam lato suspectans sydera vultu?
Cuius periculis reddita imago fuit?
Et ficti fecere manus. Ego nominor illa,
Quæ miseris prōpitia Spes bona præstat opem.
Cur vitiis tibi pallaq; omnia me duce vernēt.
Quid manibus mortis tela refracta geris?

Quòd viuos sperare decet, præcido sepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi volitantibus vndique noxis,
Ascræi vt docuit musa verenda senis.
Quæ tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscẽ,
Est bene cùm nequeat dicere: dicit, Erit.
Qui comites? Bonus euẽtus, præcepsq; Cupido,
Qui præeunt? Vigilum somnia vana vocãt.
Quæ tibi iũcta astat? Scelerũ Rhãnusia vindex,
Scilicet vt speres nil nisi quod liceat.

Spei descriptio, quæ lætum hominem reddit, aduſque mortem comitatur, nec etiam morte relinquit, quæ vnum est calamitosis solatium, nihil non expectat, melióque semper in crastinum & ad votum sibi somnia fingit. In summa iucundissima est, & optima comes nisi cum arrogantior est, & immodesta. Spes namque ambitiosas, & immoderatas vlciscitur vindex Nemesis contraria temere, aut nimium sperantibus.

Sequere & confide.

G. W. G. W.

IOHANNES
FRANCISCUS
RIPONSIS. D.

Sperantj dat meliora Deus

Hæc optimæ spei Juueni
Martino Canutio Dano
popularj suo scripsit Abr.
noldus Kuttfeld Argento
ratj 3 Septemb. 68

ὑπὲρ τοῦ τοῦ καὶ καλῶ

Non si male nunc
Et olim, sic erit.

Martino Cannio optimo
Juueni & amico, scribebat
in sui memoriam Christianus
Marchabæus Alpinas. Anno
73. Junij 18. Lijstrop.

In dies meliora.



Roſtra nouo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæc q̃, clienſ ventri xenia (dixit) habe.
Progreditur ſemper, nec retro reſpicit vnquã,
Gramina cum pando proruit ore vorax.
Cura viris eadẽ eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat: & vt melius ſit, quod & vlterius.

Ruſticæ cõparatio Porci in paſtu progredientis ad Carolum V. Imper. eiúſque ſymbolon VLTERIVS, quo oſtenditur, Semper in melius procedendum.

Illicitum non ſperandum.



Spes ſimul, & Nemeſis noſtris altaribus adſũt,
Scilicet vt ſperes non niſi quod liceat.

Vltio vanas temerariorum ſpes præſumptas proſequitur.

Cùm fueris foelix multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila, solus eris

Hæc optimæ spei adolescenti Martino
Camitio conterraneo suo scripsit Jacobus
Hintfeld. — Septemb. A. 1588.

Tartarinus lib. 6. de vera cultu.

Non tantum adulterium est prohibendum: sed etiam cogitatio: ne quis aspiciat alienam, et animo concupiscat. Adulteram n. fecit mentem: si imaginem voluptatis sibi ipsa depinxerit. Mens est n. profecto quae peccat, quae immoderata libidinis fructum cogitatione complectitur. In hac crimen est: in hac omne delictum. Nam etsi corpus nulla est labe maculatum: non constat tamen pudicitia vera si animus incestus est: nec illibata castitas videri potest: ubi concupiscentiam cupiditas inquinavit.

Melchior Sprecenus pastor ad
D. Thomae Argent.

PVDICITIA.



Porphyrio domini si incestet in ædibus vxor,
Despondetq; animum præq; dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ est causa. sit index
Syncera hæc volucris certa pudicitiæ.

VITIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo virtus:
Heu misera albentes dilacerata comas.
Scilicet hæc stabat adhuc, vt iudice Græco
Vinceret: & causa stet potiore dolus.

A falsis iudicibus peruertitur ius, lachrymantibus frustra bonis viris.

In fraudulentos.



Parua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras, & caua buſta colit,
Inuidia prauiq; doli fert ſymbola picta.
Heu nimium nouit cognita Zelotypis.
Nam turpi obtegitur facie lentigine quiſquis,
Sit quibus immerſus Stellio vina libat.
Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
Quam formæ amiſſo flore relinquit amans.

Dolus in ſuos.



Altilis allectator anas, & cærula pennis
Adſueta ad dominos ire redire ſuos.
Congeneres cernens volitare per æra turmas
Garrit: in illarum ſe recipitq; gregem,
Prætenſa incautas donec ſub retia ducat,
Obſtrepitant captæ, conſcia at ipſa ſilet.
Perfida cognato ſe ſanguine polluit ales,
Officioſa alijs, exitioſa ſuis.

Anatum domeſticarum ſylueſtres in laqueos illectantium Similitudo cum Ganelonibus ſuæ gentis proditoribus.

Maledicentia.



Archilochi tumulo insculptas de marmore vespas
Esse ferunt, linguæ certa sigilla malæ.

Iambographus Archilochus Græcus Poëta, maledicentissimus repræsentat, quemlibet vel verbo, vel scripto perstrangentem, cætera inutilem cuiusmodi sunt vespæ, quæ magno cum murmure acriter pungunt. Cæterum neque mel, neque cæram fingunt.

Ne foeni crabrones q̃ hinc
in sedẽre sepũsthro

Fertes, tacitum carpe, viator, iter.

In receptatores ſicariorum.



I atronum furumq; manus tibi ſcæua per vrbẽ
It comes: & diris cincta cohors gladijs.
Atque ita te mentis generoſum prodige cenſes.
Quòd tua complureſ allicit olla malos.
En nouus Actæo, qui poſtquã cornua ſumpſit,
In prædam canibus ſe dedit ipſe ſuis.

Falſæ nobilitatis affectatores, adulatorum, & audaculorum, macheropharen turba ſtipati ſenſum hominis perdũt.

(ἄρις

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν
ψυχῆς, σωτὴρ ἡ χάρις ἢ μέρον οὐδὲν

Experij reuocate animos maestũq timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Memoria & amicitiæ ergo Martino Canutij posuit
Ianij suo scribebat Sleno
Bisde parag. Basilea Laur
Anno 1583 Maij 19.

Non timebo, quid mihi faciat homo, Deus mihi adiutor, qui me ne desereat neq; deserturus est.

Ad Hebr.


Jeremiah Potgiesser Dr. Illustrium Doctor primarius Cassellis Anno Dni 1587. 16 Januarij

In adulatores.



Semper hiat. ſemper tenuem qua veſcitur aurã,
Reciprocat Chamæleon,
Et mutat faciem, varios ſumitq; colores,
Præter rubrum, vel candidum.
Sic & Adulator populari veſcitur aura,
Hiansq; cuncta deuorat.
Et ſolùm mores imitatur principis atros,
Alli, & pudici neſcius.

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere.



Colchiaos in gremio nidum q uid congeris ebeu
Nescia cur pullos tam malè credis auis?
Dira parens Medæa suos sæuissima natos
Perdidit, & speras parcat vt illa tuis?

Qui malè rem priuatam administrarit, ei ne publica gubernanda credatur. Exemplo Hirundinis nidificantis in sinu Medææ, quæ cum suos liberos occiderit: temere illi suos pullos dat custodiendos Hirundo.

Temeritas.



In præceps rapitur, frustra quoq; tẽdit habenas
Aurigæ effræni quem vehit oris equus.
Haud facile huic credas, ratio quẽ nulla guber-
Et temerè proprio ducitur arbitrio. (nat,

Furor, & rabies.



Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptũ in summo margine carmen habet:
Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

Militum immanitatem Sanguinariorum testantur, vel ipsa scuta, sæuissimarum belluarum, imaginibus, crudelíumque Sententiarum titulis figurata.

Ioannes. clark. capitaneus Scotorum
cohortium in damian

- Plus. oneris -

In temerarios.



Astitis aurigam currus Phaetonta paterni
Ignipotos ausum flectere Solis equos.
Maxima qui postquã terris incendia sparsit:
Est temere insesso lapsus ab axe miser.
Sic plerique rotis Fortunæ ad sydera Reges
Euecti: amlitio quos iuuenilis agit.
Post magnã humani generis cladém que, suãq;
Cunctorum pœnas denique dant scelerum.

In eos qui supra vires quicquam audent.



Dum dormit, dulci recreat dũ corpora somno,
Sub picea, & clauam cæteraq; arma tenet,
Alciden, Pygmæa manus prosternere letho
Posse putat: vires non bene docta suas,
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

Cum fortiori non est congrediendum.

Nullius est felix conatus et utilis inge-
Consilium si non deest inuitet Deus.

Haec opt: recordationis ego
scribebat Philippus Me-
lanchthon Lips: J.V.D. Francof
furti ad Moenum A°
M D - XXXIIII. D. IIII. Maii

Impoſsibile.



Abluis Aethiopẽ, quid fruſtra? ah deſine. noctis
Illuſtrare nigræ nemo poteſt tenébras.

Vitia Naturæ ſiue animi, ſiue corporis: tolli non poſſunt.

Cuculi.




Ruricolæ, agreste genus, plerique cuculos
Cur vocitent, quanam prodita causa fuit?
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore vites
Qui non absoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit vxor adulterio.

Cuculi (vt vulgus putat) non ij sunt, quorum vxores sunt impudicæ: At contra qui alienis vxoribus, & thalamis incubant. Vocabulo nimirum ab auis natura sumpto, qui in Curucæ nido sua oua ponit, ab alia aui fouenda.

De dubijs ne definias, sed sũspensam
tene sententiam.


optimæ spei adolescenti
Martino Cantio Hafniensi scribebat hæc amicitiæ ergo Desiderius
Fossius Louaniensis, 9
Julij Anno a circũcisione domini 1568.

Veſpertilio.



Aſſumpſiſſe ſuum volucri ex Meneide nomen,
Socraticum autores Chœrephoonta ferunt.
Fuſca viro facies, & ſtridens vocula, tali
Hunc hominem potuit commaculare nota.

ALIVD.



Vesperę quæ tãtũ volitat, quæ lumine lusca est,
Quæ cùm alas gestet, cætera muris habet,
Ad res diuersas trahitur. mala nomina primi
Signat: quæ latitant indiciumq; timent.
Inde & philosophos, qui dum cœlestia quærunt
Caligant oculis, falsaq; sola vident.
Tãdẽ & versutos, cùm clam sęcl entur vtrũque
Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

Nam malè prudentis mens ferũda sustinet iram:
Asq; vir iratus, nil sapienter agit.
Horribiles igitur, si non vitaueris iras:
Ira mori coget te grauis ante diem.

Item

Ira animæ mors est: animum rege: mitte furorem.

Hæc conterraneo coonato & amico suo charissº Martino Canutio Dano: scribebat Gulielmus Dresselbergh Danus. Argentorati 4 Idus Iulij.

Ira.



Alcæam veteres caudam dixêre Leonis,
Quæ stimulante iras concipit ille graues.
Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro
Felle dolor, furias excitat indomitas.

Ira rationem deturbat, atque ita hominem mutat in furiosam bestiam quæ sibi ipsi nocet.

In eum qui sibi ipsi damnum apparat.



Capra lupum non sponte, meo nunc vt vere lacto
Quòd malo pastoris prouida cura iuuet.
Creuerit ille simul, mea me post vbera pascet.
Improbitas nullo flectitur obsequio.

Plerique eos, à quibus perdentur, alunt.

Progenies ſanctæ MVSÆ, Ioūis alma
propago,
Cuius ſit his igitur prima SONA.
RE DEVM.

liberali, ac optima indo.
le Adoleſcenti Martino
Camütio Haſſiacenſi ſcripſit
Petrus Iohannes Ripenſis
Roſtoch. 14. April.
anno. 1572.

Fatuitas.



Miraris nostro quòd carmine dicaris Otus,
Sit vetus à proauis cùm tibi nomen Otho.
Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,
Saltantemq; anceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Obliuio paupertatis parens.



Cùm lupus esuriens mandit ceruarius escam,
Præq; fame captum deuorat hinnuleum,
Respiciat si fortè aliò, vel lumina vertat,
Præsentem obliitus quem tenet vngue cibum.
Quæritat incertam (tanta est obliuio) prædã
Qui sua neglexit stulte, aliena petit.

Proprium è Chi in contemptibili humi-
litate, de mundi superbia triumphare

Vuenceslaq Budowecz a
Budowa. scripsit Hafniæ
Dacorũ Metropoli 29 Maij
Ao: æterni filij Dei in
carne nati M. D. LXXVII.

SVPERBIA.



En statua e statua, & ductum de marmore mar-
Se cenferre deis ausa procax Niobe. (mor,
Est vitium mulebre superbia, & arguit oris
Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.

Thebarum regina Niobe ob pertinacem superbiam mutata in duram è saxo statuam, sub figmento tegit potentum mulierum superbiam, tyrannidem, duritiem inflexam & frigiditatem implacabilem ὑπὸ τὰ παίγνια qualis est in rigenti saxo.

Impudentia.



Pube tenus mulier, succincta latrantibus infrà
Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
Monstra putantur auarities, audacia, raptus.
At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.

Scylla monstro, aut rupe in mari, suprà ore virgineo, infra caninis baubantum capitibus, notatur externa viri, vel fœminæ forma decora, quæ intus tribus est caninis rabida vitiis, Inuidia, Rapina, & improba audacia atque impudentia.

j ad Cor. 4.

Quæso quid est, quod habes, q
non acceperis: at si
Cuncta acceperis, quid in illis
quæso superbis?

Georgius Sohn Theol.
D. et professor in Aca
demia Marpurgensi
scripsit ultimo April.
Anno salutis humā
næ 1582.


φιλαυτία.



Quòd nimiũ tua forma tibi Narcisse placebat,
In florem, & noti est versa stuporis olus.
Ingeny est marcor, cladesq; Philautia: doctos
Quæ pessum plures dat q; deditque viros.
Qui veterũ abiecta methodo, noua dogmata q-
Nilq; suas præter tradere phantasias. (rũt,

φιλαυτία efficit, vt sui ipsius admiratur, melioribus aliorum operibus relictis, sua tantùm amet, & probet, idque non sine suo magno malo, qui florem sine fructu obtulit.

Garrulitas.



Quid matutinos Progne mihi garrula somnos
Rumpis? & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epops Tereus, qui maluit ense putare,
Quàm linguam immodicã stirpitùs eruere.

Vt Progne stupratore Tereo linguæ plectro truncata, in garrulam hirundinem versa fingitur: sic qui fari minus bene norunt, aut possunt: id magis malè affectant, & sunt ferè loquaciores, cæteris que obstrepentes.

Chilo Lacedaemonius è septem Graeciæ sapientibus Unus Optimam esse Reipub. pronunciauit, quæ maximè leges, minimè autem Rhetores audiat.

Menander.

Leges tũ sunt optimæ, sed quo minus eas audiũt tanto, sunt Sycophantæ.

Nicolaus Vigelius
scribebat XII die Decembr.
Anno ꝯ LXXXI.

Dominus mecum: quem timebo?

In gratiam nobiliss. doctiss.
mq; viri Dn. Cannhii hoc
Symbolum meum adscripsi
Herman. Vulcejus juris
utriusq; D. Marpurgi
XIII Decemb. Aō
M D LXXXI.

INVIDIA.



Squallida vipereas mãducans fœmina carnes,
Cuiq; dolent oculi, quæq; suum cor edit,
Quam macies, & pallor habent, spinosaq; gestat
Tela manu. Talis pingitur inuidia.

Inuidus suis pascitur virulentis cogitationibus, alterius bonum ægrè videt, seipsum consumit, & lingua pungit maledictis aculeata.

LVXVRIA.



Eruca capripes redimitus tempora Faunus
Immoãicæ Veneris symbola certa refert.
Est eruca salax, indéque libidinis hircus,
Et Satyri nymphæ semper amare solent.

Hæc libidinis imago sumpta est ab Erucæ herbæ (quæ Venerem ciet) & salacis hirci naturâ: Innuens libidinem in affectu ardere, in actu fœtere.

Joach: Camerarius

Gaudet in affectu Veneris anxia, sollet in actu
Insirit ac facet quando patranz opus,
Post factum ferisse pudet, mox ferit illud
Quod placet, aeternum quod cruciabit erit.

Samuel Baumgartnerus
Magdeburgensis Silesius
Hafniae 4° Cal. Aug.
A°. 1574.

Luxurioſorum opes.




Rupibus aereis ſummiq; crepidine ſaxi
Immites fructus ficus acerba parit, (nix,
Quos corui comedũt, quos deuorat ĩproba cor-
Qui nihil humanæ commoditatis habent.
Sic fatuorũ opibus parasiti, & ſcortæ fruuntur:
Et nulla iuſtos vtilitate iuuant.

Stultorum diuitum opibus fruuntur tantùm, improbi, lenones, meretrices, & adulatores.

Tumulus meretricis.

Διπλοῆς μνῆμα.



Quis tumulus? Cuia urna? Ephyraea est Laidos. ah, non
Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma illa iam carpserat aetas,
Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.
Quid scalptus sibi vult aries, quem parte leaena
Unguibus apprehensum posteriore tenet?
Nō aliter captos quòd & ipsa teneret amantes,
Vir gregis est aries, clune tenetur amans.

Nulla voluptatis virtus consistit in antro
In quo delitijs Sardanapale nacas
Attamen excelsa spectatur in arce laborum
Ex quo sudoris flumina larga fluunt
Sperne Voluptates et sit tua sobria vita
Sic virtus nectet laurea serta tibi
Sic honor et nunq̃ morituræ gloria famæ
Seraq̃ posteritas teq̃ tuosq̃ canet.

Hæc in contractæ amicitiæ
testimonium sempiternum Mar
tino Canutio scripsit Christiano
Achillæus Damus a Schimerup
Anno 80. 10 Vlibris. Francofurgi
ad Mœnum.

In amatores meretricum.



Villosa indutus piscator tegmina capræ,
Addidit vt capiti cornua lina suo,
Fallit amatorem stans summo in littore Sargũ:
In laqueos simi quem gregis ardor agit.
Capra refert scortum, similis fit Sargus amãti,
Qui miser obscœno captus amore perit.

Hic ridetur iuuenilis amatorum uis formæ obiectum, vel capiæ e[illegible] qui in quod tæ spectum exardescunt.

Cauendum à meretricibus.



Sole Satæ Circes tam magna potentia fertur,
Verterit vt multos in noua monstra viros.
Teſtis equûm domitor Picus, tũ Scylla liſormis,
Atque Ithaci poſtquàm vina libére ſues.
Indicat illuſtri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quiſquis amat.

A meretricibus [illegible] homines, mutantúrque in belluas, dum sci[illegible]bidinoſi, vt hirci, guloſi vt ſues, inuidi & rixoſ[illegible]nertes vt aſini.

+

Fuogi guel piacer presente, che fi da dolor futuro.

Si come non è grano senza paglia, uino senza feccia
ne rosa senza spina, non è allegrezza senza
dogliа, ne riso senza pianto.

Achilles interrogatus, quos ing labores sustinuisset difficilimos? dixit. Quos pro amicis sustinui. Rursus interrogat
quos eorum iucundissimos? Quos pro iisdem.

8 * o

Amico suo opt° & iucundiss° Dno
Martino Cornicio scribebat xysthus
Olivor a Sept. Francofurti.

Absolon Krantz
Rosen


Amuletum Veneris.



Inguina dente fero fuffoſſum Cypris Adonin
Lactucæ folys condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca reſiſtit,
Quantum eruca ſalax vix ſtimulare poteſt.

Eruca Venerem inflammat, lactuca extinguit per quas certe herbas contrariæ facultatis, id intelligitur quod temperata victus ratio, libidinis ardorem reſtinguit: quem luxuries & aſotia incendit, & alit.

Inuiolabiles telo cupidinis.



Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem
Diripiat magicis artibus vlla tuam:
Bacchica auis præsto tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucẽ & cauda, & geminis vt cõplicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit.
Dicitur hoc Veneris signo Pegaseus Iason
Phasiacis lædi non potuisse dolis.

1580

J. H. S. J. H. S.

Così nà al mondo chj
non sa notar nà al fondo
Se'ochio non mira cuor non sospira
Huad thud mig thund
Sorrowry mig Jngry Mandj

In agnitis ubiq; amicj nesj sunt cognoscendj

Hac Conterano ac amico
suo singulari et integerri
mo memoriæ & benevo-
lentiæ ergo. D. Martino
Camuto uchigoul Johanna
Stewonis Franciscj ad
Mannum 11 Sept. anno
ætatis sujæ

Echte: IX

Vinum nouum Amicus nouus, Vetus
et cum suauitate bibes illud
pour Vnn plusir. mille dolenr.

Jun gatter hüelt: stoßt meine
Vnstuck

frocke güd, giv vet oss stij ingen
nun

Ericus georgij Lith
Danus scribebat
Argentorati den 19 dag
Junij anno 1581

eid oss seid din tid

Lasciuia.

PROBLEMA.



Delicias, & molliciem mus creditur albus
Arquerē, at ratio non sat aperta mihi est.
An quòd ei natura salax, & multa libido est?
Ornat Romanas an quia pelle nurus?
Sarmaticū murem vocitant plerique Zibellū,
Et celebri suaui est unguine mūscus Arabs.

Nobilium fœminarum notatur mollities.

DESIDIA.



Desidet in medio Essaus, speculator & astra,
Subtus & accensam contegit igne facem.
Segnities specie recti, velata cuculo,
Non se, non alios vtilitate iuuat.

Religionis falsa species, & vitæ contemplativæ prætextus, prætenditur inertiotio, quod virtutum lumen extinguit: & vitiis alimenta ministrat.

Nihil sine labore. Homer.

ὁ φυτὸν, ὁ συκῆ, ὁ ἄμπελος,
ὁ σὰν ἐλαίᾳ:
ὁ ὄγχνη, ὁ ῥοδέη τοι ἄνευ
κοπιδὸς καλὰ πῆσον.

+

Leonardus Hexhlius.


Desidiam abiiciendam.



Quisquis iners abeat: nã ī chœnice figere sedẽ,
Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.
Surge igitur, duroq; manus adsuesce labori,
Det tibi dimensos crastina vt hora cibos.

Inquinenda est pigritia, quæ quod adest aspicit: & sequenda Diligentia, quæ quod futurum est, prospicit.

In facilè à virtute deſciſcentes.



Parua velut limax ſpreto Remora impete vẽti,
Remorumq; ratem ſiſtere ſola poteſt.
Sic quoſdã ingenio, & virtute ad ſidera vectos,
Detinet in medio tramite cauſa leuis:
Anxia lis veluti eſt: vel qui meretricius ardor
Egregijs iuuenes ſeuocat à ſtudijs.

Modica occaſio properãtes ad ſtudia adoleſcentes plerunque retardat: non aliter quàm Remora perexiguum conchylion, occulta quadam vi naturæ, naues, velis, ventis, & remis impulſas remoratur.

Ignaui.



Ignaui ardeolam ſtellarum effingere ſerui
Et ſtudia, & mores fabula priſca fuit.
Quæ fama dū Aſteriā volucris ſumpſiſſe figurā:
Eſt commenta: fides ſit penes hiſtoricos.
Degener hic veluti qui ceuet in aëre falco eſt,
Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

Stellata ardeola, aui ceuentis in aëre motus, nullius autem vſus, ſui figuratur inutilis ſeruus, qui non agit, ſed ſatagit. Aut potius aliquis qui omnia profitetur cum nihil ſciat, quem veteres Ardelionem vocarunt, qualis Attalus apud Martialem.

AVARITIA.



Heu miſer in medys ſitiens ſtat Tantalus vndis
Et poma eſuriens proxima, habere nequit.
Nomine mutato de re id dicetur auare,
Qui, quaſi nõ habeas, nõ frueris quod habes.

Suos iam in hoc ſeculo patiuntur manes Auari homines, hoc ſupplicio damnati (vt Tantalus) mediis immerſi opibus, ne illis frui poſsint.

Schol.

περὶ πλούτου τοῦ δόξαν κακὴν, ἢ τοῦ
μέγαν τοῖς πολλοῖς εἶναι

Μ. Γεωργίου Λιβέλλου

+

Auaritia nulla maior pestis est in Regno. ut potè idolorum cultui proxima, c. auaritia, nihil gl. in cler. idolor. de Cohab. & omnium criminum materia canon. igr. 28 dist.

S. V. R. I.

In sui memoria scribebat Philippus Christinus, I.V.D. Friburgæ, calend. Martij, ao Christi

1585

In auaros.



Sepitius populos inter diti omnes,
Arua senex nullus quo magis amplatenet.
Defraudans geniumq3 suum, mensasq3 paratas,
Nil præter betas, duraq3 rapa vorat.
Cui similē dicā hunc, inopē quem copia reddit?
An ne asino? Sic est: instar hic eius habet.
Nanque asinus dorso pretiosa opsonia gestat:
Seq3 rubo, aut dura carice pauper alit.

In aulicos.




Vana Palatin' Vs educat aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

Aulica vita omnium est longè miserrima, & seruituti obnoxia. Quam tamen qui semel subiere, eam aut nunquam, aut ægrè relinquunt, neque ea facilè se possunt expedire, tãquam captiui regalis luxus admiratione, & magnificentia, ac splendore rerum quæ illic cernuntur, earúmque fruitione, aut spe fruendarum.

Stet quicunq; volet potens
aulæ culmine lubrico,
Nec scit fatorum quies
obscura positus loco
Leni perfruatur otio
Nullis nota quiritibus
Ætas hic tacitum fluat
Sic nunq; transierint mei
Nullo cum strepitu dies
plebeius moriar senex.
Illum fors gravis invidet
Qui notus nimium omnibus
Ignotus moritur sibi.

Commensali suo
Optimo, virtute atq;
doctrina præstanti
D. Martino Kayn
to, scribebat Tho:
Rosenius Lvbec:
pridie Kalend: Augusti
Ao 80.

In sordidos.



Quæ rostro (clysterе velut) sibi proluit aluum
Ibis, Nilaicis cognita littoribus,
Transiyt opprobrij in nomen: quo Publius hostē
Naso suum appellat, Battiadésque suum.

Ibis Aegyptiaca auis immisso in culum rostro, infusáque aqua aluum purgans, clysteriis vsum ostendit. Cuius immundæ auis appellatione, obsceni homines notantur, qui turpia verba eructantes, podicem ex ore faciunt.

In diuites publico malo.



Anguillas quisquis captat, si limpida verrat
Flumina, si illimes ausit adire lacus,
Cassus erit: ludet q3 operã: multùm excitet ergo
Si creta, & vitreas palmula turbet aquas:
Diues erit. Sic ijs res publica turbida lucro est,
Qui pace, arctati legibus, esuriunt.

In turbulenta aqua piscandum este iactant magni illi fures, qui impunes de furca non pendent. Quare & ipsi vt plurimum pacis sunt turbatores, & tranquillitatis Principum cum populo, vt in turbido rerum statu, magis tuto, & minus apertè peculari possint.



In auaros, vel quibus melior conditio
ab extraneis offertur.



In diuites publico malo.

Hæc nobilissimo Et Doctissimo Domino martino Cantrio scribebat hæc Tubingæ Joannes Vnlgenius Wetterana Hessus 4 martij Ann 81

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.



Delphini insidens vada cærula sulcat Arion,
Hocq; aures mulcet, frænat & ora sono.
Quã sit auari hominis, nõ tã mẽs dira ferarũ est
Quiq; viris rapimur, pisc ibus eripimur.

Auarus quauis vel terræ, vel maris bellua immanior est multos etenim mortales per inopiam perire cogit. At bestiæ sæpenumero seruasse homines, & à mortis periculo liberasse memorantur. Vt Delphin ille qui Citharœdum Ar on a in pelagus ab hominibus nautis præcipitatum, suo corpore sustentauit, & ad littus euexit.

GVLA.



Curculione gruis tumida vir pingitur aluo,
Qui Laron, aut manilius gestat Onocrotalũ
Talis firma fuit Dionysi, & talis Apici,
Et gula quos celeres delicioſa facit.

Turcones gruis collum optant ſibi, quò diutius gratis cupediarum ſaporibus delectentur. At guloſi voratores prominenti ſunt, & pingui abdomine ventris.

Oculi effigies. De his qui meretricibus donant, quod in bonos vſus verti debeat.



Impiger haud ceſſat funem contexere ſparto,
Humidaq; artifici iungere fila manu.
Sed quantũ multis vix torquet ſtrenuus horis,
Protinus ignaui ventris aſella vorat.
Fœmina iners animal facili congeſta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inq; ſuum.

Mulierum in otio deſidium, & in compto corporis ornatu, prouentus, reditus, & quæſtus profundentium, Mariti: rem faciunt vt funarij, nimirum retrogrado ductu.

In parasitos.



Quos tibi donamus fluuiales accipe cancros,
Munera conueniunt moribus ista tuis.
His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximaq; aluus adest.
Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter
Pernicesq; pedes, spiculaq; apta pedi.
Cùm vagus in triuijs mensæq; sedilibus erras,
Inq; alios mordax scommata falsa iacis.

Paulus Apostolus.

Enimverò si adhuc hominibus placerem,
Christi servus non essem. Gal. 1. 10.

Joh. Jacobus
Grynæus.
Basileæ 20 Maij 1583.

Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere.



In modicis nihil est quod quis lucretur: & vnũ
Arbustum geminos non alit Erythacos.

ALIVD.

In tenui spes nulla lucri est: vnoq; residunt
Arbusto geminæ non bene Ficedulæ.

In humili statu, consorti non est locus.

Captiuus ob gulam.



Regnatorq; penus, mensæq; arrosor herilis
Ostrea mus summis vidit hiulca labris.
Quæ tu tenerã apponẽs barbarã falsa ossa momor
Ast ea clauserunt tacta repẽtè doũm. (dit
Deprensum & tetro tenuérunt carcere furem,
Semet in obscurum qui dederat tumulum.

Multi sunt in opulentas domos seruiliter ingeruht lautiorem victus, ergò, plerique etiã suum sibi tumulum dentibus effodient præproperam mortem luxu, & gula sibi accersentes.

In garrulum & gulosum.



Voce beat torua, prælargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi multiforisq; tubæ.
Deformem rabulam, addictum ventriq;, gulæq;
Signabit, volucer cùm tuo pictus erit.

Hoc emblema per se explicatur. Nempe per Onocrotalum auem longo lato que rostro, gutture amplo, clamore asini rudium referente, figuratis hominem gulosum, belluonem, voracem, clamosum, & rudem, cui gula, & podex sint omnia.

DOCTORVM AGNOMINA.



Moris vetusti est, aliqua professoribus
Superadyci cognomina.
Faciles apertosq; explicans tantùm locos,
Canon vocatur Curtius.
Revoluitur qui eodem, & iteratq; nimis
Mæander, vt Parisius.
Obscurus & confusus, vt Picus fuit,
Labyrinthus appellabitur.

Nimis breuis, multa amputans, vt Claudius,
Mucronis agnomen ferat,
Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
Licius truo est scholasticis.
Contrà est vocatus, tenuis esset Albius
Quod voce, vespertilio.
At vltimas mutilans colobotes syllabas,
Hirundo Crassus dicitur.
Qui surdus alys, solus ipse vult loqui,
Vt sturnus in prouerbio est.
Hic blesus, ille raucus, iste garriens.
Hic sibilat ceu vipera.
Tumultuatur ille rictu & naribus.
Huic lingua terebellam facit.
Singultit alius, atque tussit hæsitans.
Conspuit alius vt pseccas.
Quàm rebus vitia in humanis agunt,
Tam multa surgunt nomina.

NATVRA.
Vis naturæ.



Pana colũt gentes, (naturã hoc dicere rerũ eſt)
Semicaprumq́ hominem, ſemiuirumq́ Deũ.
Eſt vir pube tenus, quòd nobis inſita virtus
Corde oriens, celſa verticis arce ſedet.
Hinc caper eſt, q a nos natura in ſecla propagat
Cõcubitu: vt volucres, ſquamea, bruta, feras.
Quod cõmune aliis animãtibus, eſt caper index
Luxuriæ, Veneris ſignaq́ aperta gerit.
Cordi alij ſcphian, alij tribuêre cerebro.
Inferiora modus, nec ratio vlla tenet.

1

Natura expellas furca tamen usq; recurret

Joannes Hoyer Baro a Schenburg
Scripsit Argentinae 30 Aprilis Anno 156[illegible]

Cicero pro Archia.

Cum ad naturam eximiam atq; illustre
accesserit ratio quædam confirmatioq; doctri
næ; tum illud nescio quid, præclarum
ac singulare solet existere:

IS: N.F. V: 68

Hæc, præclaræ indolis puero;
Martino Canutio Dano:
in sui memoriam, Andreas
Dryselbergh Danus scribebat
hinc discedens. ~~Andreas D~~
Argentinæ. 8. Idus Iulij:

Ars Naturam adiuuans.



Vt sphæra Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
Artibus hic, varys casibus illa præest.
Aduersus vim Fortunæ est ars facta: sed artis
Cùm fortuna mala est, sæpe requirit opem.
Discebonæ artes igitur studiosa iuuentus.
Quæ certæ secum commoda sortis habent.

Ars, & opificium quæstuarium hominé attollit, prostratũ volubilis Fortunæ accidentibus, vt morbo, naufragio, incendio, ruina ludo, & eiusmodi fortuitis casibus.


In iuuentam



Natus vterq; Iouis, tener atq; imberbis vterq;
Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
Salvete, aeterna simul & forcte inuenta,
Numine sit vestro quae diuturna miki.
Tu vino curas, tu vitiu dilue morbos,
Vt lento accedat sera senecta pede.

Phœbus artis medicæ inuentor, Bacchus vini. Cura, & luxus senium accelerant, Diæta Medicinæ pars, luxui medetur. Vinũ curas abigit. Ergo vinũ moderatè sumptũ Iuuentutẽ cõseruat.

In quatuor tempora anni.



Aduenisse hyemem fringilla renuntiat al [illegible].
Adnos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat æstatem sese expectare cuculus.
Autumno est tantùm cercere ficedulas.

ASTROLOGIA.

Scyphus Neſtoris.



Neſtoreæ geminis cratera hũc accipe fundis
Quod grauis argenti maſſa profudit opus.
Cælatum ex auro: ſtant circum quattuor anſæ:
Vnam quanque ſuper ſilua columba ſedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Neſtor.
Mœonidæ doceas quid ſibi muſa velit?

Est cœlum scyphus ipse: color argenteus illi est,
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleiadas esse putant, quas dixerit ille colũbas.
Vmlilici gemini, magna minorq; fera est.
Hæc Nestor longo sapiens intelligit vsu:
Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.

Per Nestoris craterem sic depictum apud Hometum signatur Astronomia, Ars ab longa, & antiqua observatione profecta, certissimi consilij scientia, & quæ in rebus arduis plus habet momenti, quàm robusti corporis vires.

Que ſupra nos, nihil ad nos.



Cauceſia æternùm pẽdens in rupe Prometheus
Diripitur ſacri prædatis vngue iecur.
Et nollet feciſſe hominem: ſiculoſq́ perosus
Accenſam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant ſcire, deûmq́ vices.

Homines plus æquo curioſi, in occulta Philoſophia, Aſtrologia critica, Magia, omníque mãtia, corda id eſt, animi rodun tur auxiis curis, ac ſolicitudinibus, arctius arcanæ indagini alligati & altioribus ſcrutiniis affixi.

Ouid ī Methamorph.

Pronaq; cum ſpectent animantia cætera terrā,
Os homini ſublime dedit; cœlumq; tueri
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

nam

quæ ſunt ante pedes cernere Talpa poteſt.

Tycho Brahe. St.

Inter Vtrunq; Vola, medio tutissimus ibis.

Petrus Nigidius Junior, Juris Doctor, ac Officiorum in Academia Marpurgensi professor ordinarius, propria manu Marpurgi Hassorum, XII Decembris, anno Christi 1581 scripsit.

In Astrologos.



Icare per superos qui raptus & aera, donec
In mare præcipitem cera liquata daret,
Nunc te cera eadem, fœrucq; excuscitat ignis.
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.
Astrologus caueat quicquã prædicere, præceps
Nam cadet impostor, dum super astra volat.

Icarus Dædali filius dum altius euolaret pennis ceratis, ac sole iam nimis propinquo cera liquescente soluerentur alæ, deplumis in mare corruit. Sic & criticos Astrologos altius ingenium eleuantes, nec satis constante huius matheseos vanitate, tandem in ludibrium & inopiam dilabuntur.

Qui alta contemplantur caccre.



Dum turdos visco, pedica dum fauit alaudas,
Et iacta altiuolam figit harundo gruem,
Ipsa da nō prudēs auceps pede perculit vltrix
Illa mali, emissum vix ea ab ore iacit.
Sic obit, extento qui sydera respicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.

Non vsque adeo ad alta, & procul distantia, intendendus est animus, quin propinquam, & imminentem, quæ adest, fortunam animaduertat.

AMOR.
Potentissimus affectus amor.



Assice vt inuictus vires auriga leonis,
Expressus gemmæ pusio vincat amor:
Vtq; manu hac scuticã tenet, hac vt flectit habenas,
Vtq; est in pueri plurimus ore decor. (Dira lues procul esto: feram qui vincere talem
Est potis, à nobis temperet ánne manus?

Amor homini fugiendus, vel ferarum exemplo, quæ vi amoris in furias ruunt, præsertim leo.

Potentia Amoris.



Nudus Amor videˊ vt ridet, placidũq; tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet.
Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,
Scilicet vt terræ iura det, atque mari.

Quæcunque animalia viuunt, aut in terra florulenta, aut in aqua pisculenta, natura dictante, amori in suum genus sunt obnoxia cum voluptatis, tum generationis gratia. Quare Amor in terrã & in mari regnator est.

Orpheus suæ phyllidi.

Dum mihi furtim das negasq; ocellos,
Opponasq; manum simúlq; rides,
Postmic & variat color per ora,
Et suspiria lassa sentiméur.
Stillatim mihi corda deliquescunt.
Sudor tempora frigidus pererrat,
Et passim tremor ossibus vagatur.
Ut sensus animum repente linquant
Ut fiam miser & beatus ima!

Ἀκρὸν λάβε τὴ βέβορ ἔχεις

Hæc moribus politissimis excúlto, nec non nobilissimo
juveni D. Martino Canitio Dano, amicitiæ ergo
& in perpetuam sui memoriam scribebat
Marpurgi Cattorum, Petrus Hermannus Nigidius.
Anno salutis recuperatæ.
CIↃ. Ↄ. LXXXI.
II. Decembris.

A. Sh. P. S. J. S. J. D. Sh. P. M.

Vis Amoris.



Aligerum fulmen fregit Deus aliger igne
Dum demonstrat vti est fortior ignis amor.

Amor, plus quàm vis efficit.

In studiosum captum Amore.



Immersus studijs, dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helicaniran amat, quantũ nec Thracius vnquã
Princeps sororis pellicem.
Palladacur alio superasti iudice Cypri?
Num sat sub Ida est vincere?

Cùm literarum studiosi, omissis libris, fœminas sectari instituunt. Tunc Venus Amorũ Dea, Mineruam scientiæ præsidẽ superat, tanquã rursus prælata pulchritudine damnatã, Iuuenũ assectantiũ (vt olim Alexandri apud Idam) indicio.

Si pergis incenderis

Eximiæ spei juveni D. Martino Canuti
Hafniensi populari et amico veteri
amicitiæ causa, Nicolaus Severinus
scribebat Argentorati 1. die Octob.
Anno redempti orbis 1580.

Ἀντέρως, id est, Amor virtutis.
Διὰ λογίς ιπῶς.



Dic vbi sunt incurui arcus? vbi tela Cupido:
Mollia quis iuuenum figere corda soles?
Fax vbi tristis? vbi pennæ? tres vnde corollas
Fert manus? vnde alia tempora cincta gerũt?
Haud mihi vulgari est, (hospes) cũ Cypride q̃q̃
Vlla voluptatis nos neque forma tulit,
Sed puris hominum succendo mentibus ignes
Disciplinæ: animos ãstraq; ad alta traho.
Quattuor eq; ipsa texo virtute corollas,
Quarum quæ Sophiæ est, tẽpora prima tegit.

Αντέρος, Amor virtutis, alium Cupidinem superans.



Aligerum, aligeroq; inimicum pinxit Amori,
Arcu arcũ, atq; ignes igne domãs Nemesis.
Vt quæ alys fecit patiatur. at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.
Ter spuit, inq; sinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Vt clauus clauo, sic voluptas voluptate pellitur. Proinde qui terrenũ libidinis amorẽ domare velit: alterum cœlestem rerum æternarum vt Sapiẽtiæ, & virtutũ amorem cõcipiat.

Naümachiüs

Καλὴ μὲν δέμας ἄγνον ἔχειν, δ' ἀδμήτα τε
παρθενικὴν, καθαρὸν δ' ἀεὶ μελεδήμασι μίμνειν χαί-
ρειν

Virgineam puro seruare in corpore mentem
Pulcrum, et iucunde studijs vsq; affixi honestis.

Andreas Velleius
Scripsit Hafniæ 8 Iulij
Anno 1580.

Sint mala mixta bonis, et
bona mixta malis.

Ernestus Regius
Argent. 1568.
. iv . Martij.

Dulcia quandoque amara fieri.



Matre procul licta, paulùm secesserat infans
Lydius: hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
Cùm nec ita immitis vipera sæua foret.
Quæ datis ah, dulci stimulos ꝑ munere mellis.
Proh dolor, Heu sine te gratia nulla datur.

Quemadmodum apes cũ melle aculeũ gerit grauiter pungentem: sic in hoc orbe mortalium nullus est voluptatis dulcor, sine doloris amore. Nam dolor est voluptatis comes.

Ferè simile ex Theocrito.



Alueolis dum mella legit: percussit Amorem
Furacem mala apes, & summis spicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue.
Et quatit errabũdus humum: Venerique dolorẽ
Indicat, & grauiter queritur: q̃ apicula parui
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridẽs Venus, Hãc imitaris tu quoq; dixit,
Nate feram: qui das tot noxia vulnera paruus.

J. S. AR. 81.

Pulvis et umbra sumus, foedoq; ex pulvere sumus
At nihil est fumus: nos nihil ergo sumus.

Res est solliciti plena timoris
AMOR.

Haec Georgius Henricus Pergl
in clara Austriaca: comensali suo
toge suauissimo Martino Cam
tio Dano, in perpetuam amicitiae
mentem sub sua manu pone
uolunt. Tubingae. 2. die Martij
Hoc. ut supra.

In statuam Amoris.



Quis sit amor, plures olim cecinére Poetæ,
Eius qui vario nomine gesta ferunt.
Conuenit huic, & veste carer, & corpore paruus.
Tela, alasq́, ferens, lumina nulla tenet.
Hæc ora, hic habitus, q́ Dei est. Sed dicere tãtos
Si licet in vates falsa fuisse reor.
Eccur nudus agat? dixo quasi pallia desint,
Qui cunctas domiti possidet orbis opes.

Aut qui quæso niues boreamq; euadere nudus,
Alpinum potuit, strictaq; prata gelu?
Si puer est, puerũne vocas qui Nestora vincit?
An nosti Ascræi carmina docta senis?
Inconstans puer, hic obdurans: pectora quæ iam
Trans adiit, nunquam linquere sponte potest.
At pharetras & tela gerit, quid inutile põdus?
An curuare infans cornua dura valet?
Alas cur ue tenet, quas nescit in æthera ferre?
Inscius in volucrum flectere tela iecur.
Serpit humi, sempetq; vi ũm mortalia corda
Lædit: & haud alas saxeus inde mouet.
Si cæcus, vittamq; gerit, quid tænia cæco
Vtilis est? ideo num minus ille videt?
Quisue sagittiferũ credat, qui lumine captus:
Hic certa, ast cæci spicula vana mouet.
Igneus est aiunt, versatq; in pectore flammas.
Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.
Quinetiam tumidis cur nõ extinguitur vndis,
Naiadum quoties mollia corda subit?
At tu ne tantis capiare erroribus audi,
Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.
Iucundus labor est, lasciua per ocia, signum
Illius est, nigro punica glans clypeo.


In obliuionem patriæ.



Iam dudum missa patria, oblitus q; tuorum,
Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor,
Romā habitas: nec cura domū subit vlla reuerti
Aeternæ tantùm te capit vrbis honos.
Sic Ithacûm præmissa manus dulcedine Loti
Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Vbi bona, ibi patria. Externæ etenim regionis amœnitas patriæ inducit obliuionem. Quemadmodum Vlyssis socij, cùm ad frugiferā Lothophagorū insulā peruenissent: inde nunquā auelli potuere, vt in sterilē salebrosámq; Ithacā reuerterētur.

Sirenes.



Absq; alis volucres, & cruribus absque puellas,
Rostro absq; & pisces, qui tamen ore canant:
Quis putet esse vllo stirpi iungi hæc natura negauit
Sirenes fieri sed potuisse docent.
Illicitum est mulier, quæ in piscem desinit atrũ,
Plurima quòd secum monstra libido vehit.
Aspectu, verbis, animi candore, trahuntur,
Parthenope, Ligia, Leucosiaq; viri.
Has musæ explumant, has atque illudit Vlysses.
Scilicet est doctis cum meretrice nihil.

Militat in teneris annis amor hospes amenis
Et in camicie ridiculosa menis

V. C. F.

Optimo & docto iuueni Martino
Kanckio scribebat hec in suo rure,
moriam Corsitz Grübte Fren,
Coforti 13 Septemb. Aō 80.

Senex puellam



…um Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
A quæstu Archippen ad sua vota trahit,
Allicit & pretio, tulit ægre insana iuuentus
Obtrectum, & tali carmine vtrumque notat.
Nocturna vrit tumulis sæpe vrbs, cadauera lubo
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

Tria sunt hominũ vitia, quæ diis, & hominibus valde displicere dicuntur. Pauperis superbia, iuuenilis pigritia, & senilis petulca libido, ea etenim repugnante fortuna, & Natura existunt.

In colores.



Index mœſtitiæ eſt pullus color: vtimur omnes
Hoc habitu, tumulis cùm damus inferias.
At ſyncери animi, & mentis ſtola cãdida puræ.
Hinc ſyndon ſacris linea grata viris.
Nos ſperare docet viridis. Spes dicitur eſſe
In viridi, quoties irrita retrò cadit.
Eſt cupidis flauus color, eſt & amãtibus aptus,
Et ſcortis, & quîs ſpes ſua certa fuit.

At ruber armatos equites exornet amictus,
Indicet & pueros erubuisse pudor.

F P F V

Fridericus Barmeka

FORTVNA.

Virtuti Fortuna comes.

Anguibus implicitis, geminis caduceus alis:
Inter Amalthæa cornua rectus adest.
Pollentes sic mente viros, fandiq; peritos
Indicat, vt rerum copia multa beet.

Artium & eloquentiæ Deus est Mercurius, Serpens est Sapientia, Caduceus, facundus sermo, qui diserto Sapienti nunquam deest.

+

Dem gut gnad.

Omnes bni operam dare semper debemus
ut vita nostra socia sit virtus: mor-
tis vero comes gloria

F P F V

Fridericus Barmekau fec:

Fortuna, Virtutem superans.



Cæsareo postquàm superatus milite, vidit
Ciuili vndantem sanguine Pharsaliam:
Iamiam strictum iu moribunda in pectora ferrũ,
Audaci hos Brutus protulit ore sonos,
Infelix Virtus & solis prouida verbis,
Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

In humanis rebus fortuna plus loci habet, quàm præclara virtus. Quod sanè quotidie sic vsu venire videmus, vt boni viri, fortunatis subiiciantur.

Paupertatem ſummis ingeniis obeſſe, ne prouehantur.



Dextra tenet lapidẽ: manus altera ſuſtinet alas
Vt me pluma leuat: ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Meniſi paupertas inuida deprimeret.

Non pauci iuuenes felicibus ingeniis maxima exequi poſſent, ſi rem haberent, qui circa minima laborant, cogente inopia.

A minimis quoq; timendum

O P S

Hæc Iacobo Stäingl Austri
aco Nobili ac docto suo
Martinus Cantiuncula Dano
in perpetuum amicitiæ
uinculum Sub sua manu
ponere uoluit. Tiracoſurti
ad Mosam. 20 die Maij
Anno. 81. t.

In occasionem.

Διὰ λογισμῶν.



Lysippi hoc opus est, Sycion cui patria. Tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis stas? Vsque rotor. Talaria plantis
Cur retines? Passim me leuis aura rapit.
In dextra est tenuis dic vnde nouacula? Acutū
Omni acie hoc signum me magis esse docet.
Cur ī frōte coma? Occurrēs vt prēdar. At heus
Dic cur pars calua est posterior capitis? (tu
Ne semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim apprehenso postmodò crine capi.
Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes.
Vtq; omnes moneam: pergula aperta tenet,

In ſubitum terrorem.



Effuſo cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Exercitibus armatis obueniunt interdum pauores ſubiti, multitudinem totam conſternantes, nulla exiſtente cauſa terroris manifeſta, niſi incuſſa temerè ſingulis formidine, quos quidem ſubitos terrores Antiqui Panicos dicebant. Quòd Pan Deus ſua cornua inflare tunc diceretur, quorum clangor repentinos illos ſubitóſque pauores in hominum mentes incuteret.

Fortunam reverenter habe —
gnung repente
Pires aberfili progredere loco.

Michaël Fürholm.

interstrepat anser olores. Annō 1710.

In illaudata laudantes.



Ingentes Galatûm ſemermi milite turmas,
Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
Lucarum cùm ſæua boum vis, ira proboſcis,
Tum primùm hoſtiles corripuiſſet equos.
Ergo trophæa locãs Elephantis imagine pinxit,
Inſuper & ſocijs, Occideramus ait,
Bellua ſeruaſſet ni nos fœdiſſima barrus.
Vt ſuperaſſe iuuat, ſic ſuperaſſe pudet.

In momentaneam felicitatem.



Aeriam propter creuisse Cucurbita pinum
Dicitur: & grandi luxuriasse coma.
Cùm ramos cõplexa, ipsumq; egressa cacumen,
Se præstare alijs credidit arboribus.
Cui pinus: Nimium breuis est hæc gloria. nã te
Protinus aduentet quæ male perdet hyems.

Gloria rebus fluxis, & caducis innixa, ingloria est vanitas quæ statim in dedecus, & ludibrium delabitur. Vt de forma superbire, quæ protinus defloreſcit; de valetudine, ac diuitijs, quæ subitò pereunt, de munere statúve parum firmo, quo mox submoueri quis possit.

La vita il fine e il dir loda la
Sera.

In vtraq fortuna ipsius FORTVS &
& memor es &c.

Conterraneo & amico suo
integerrimo amicitiæ &
memoriæ ergo. Scripsit
Lago Vltrane Francof.
ortij. ad Rhenum
10 die Septem: Ao
80.

Beatus, non qui quæ cupit,
habet: sed qui quæ vult non
habere, non cupit.

Hieronymus Emser.

NOMOC ΠΑΝΤΑ
ΚΡΑΤΥΝΕΙ

Theod. Zuing
Basil

CIↃ IↃ XXCIII


Ex damno alterius, alterius vtilitas.



Dum ſæuis ruerent in mutua vulnera telis,
Vngue leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultur ſpectatum, & prædia captat.
Gloria victoris, præda futura ſua eſt.

Hoc iure dictum videri poſsit de Chriſtianis Principibus inter ſe belligerantibus, & Turcarum tyranno, qui interim ſpectatorem agens, ex mutuis eorum calamitatibus, ſuã augeat ditionem, in Chriſtianas regiones facilius irrumpens.

Bonis auſpiciis incipiendum.



Auſpiciis res cœpta malis, bene cedere neſcit.
Felici quæ ſunt omine facta, iuuant.
Quicquid agis, muſtella tibi ſi occurrat, omitte:
Signa malæ hæc ſortis beſtia prana gerit.

Superſtitioſi nihil inauſpicatò aggrediuntur, & ab incepto deſiſtũt, ſi quid obuenerit ominoſum, in cælo, aut in terra, ſiniſtrum eſſe adfirmantes. occurriſſe Monacho, aut anui meienti, aut lepori, aut muſtellæ, quam beſtiolam inauſpicatam eſſe libri Augurales aſſeuerant.

Deum timenti nulla metuenda potestas mina

optimo & doctiss. viro Martino Canutio
Dano in amicitiæ nunq̃ interrumpendæ
Signum scribebat Johannes Jarsberg Skiro,
Brekig Bastiæ Rauracæ 19 maij Ao 83

Nil reliqui.



Scilicet hoc deerat, post tot mala dena, nostris
Iecusta vt raperent, quicquid ineſſet, agris.
Vidimus innumeras Euro duce tẽdere turmas,
Qualia non Atylæ, caſtráue Xerxis erant.
Hæ ſœnum, milium, ſurra omnia conſumpſerũt,
Spes & in anguſto eſt, ſtant niſi vota ſuper.

Re omni funditus perdita, nullóque reliquo, ſiue caſu, ſiue alea, nihil ſupereſſe præter deſperationem, aut voti deſiderium.

Malè parta, malè dilabuntur.



Miluus edax, nimiæ quẽ nauſea torſerat eſcæ,
Hei mihi mater ait viſcera ab ore fluunt.
Illa autẽ: quid fles? cur hæc tua viſcera credas,
Qui rapto viuens ſola aliena vomis?

Raptor cùm prodigit, nihil de ſuo, ſed de alieno malè parto profundit. Vnde, minus illi grauis eſſe debet profuſio. Hinc fit vt Tyranni ferè ſint prodigi bonorum, quæ rapina ab aliis extorſerunt.

De male quæsitis non gaudet tertius hæres

+


Ouid:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu quæ valuere ruunt.

Scio quod redemptor meus viuit.

Hæc fratri suo charissimo p: ch:
scripsit Fridericus Chamnius Da:
18 die Ianu: Anno 1578.

Semper præſto eſſe infortunia.



Ludebant pariliſ tres olim ætate puellæ
Sortibus: ad Stygias quæ prior iret aquas.
Aſt cui iactato malè ceſſerat alea talo,
Ridebat ſortis cæca puella ſuæ.
Cùm ſubitò icta caput labente eſt mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduerſis mala ſors non fallitur: aſt in
Fauſtis, nec precibus, nec locus eſt manui.

Remedia in arduo, mala in prono esse.



Aetherijs postquàm deiecit sedibus Athen
Iuppiter: heu vexat quàm mala noxa viros?
Euolat hæc pedibus celer, & pernicibus alis,
Intactúmq; nihil casibus esse sinit.
Ergo litæ, proles Iouis, hanc comitantur euntẽ,
Sarturæ quicquid fecerit illa mali.
Sed quia segnipedes, luscæ, lassæq; senectæ,
Nil nisi post, longo tempore restituunt.

Q. Flaccus H.

Aequam memento, rebus in arduis,
Servare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laetitia, moriture Deli.

Nam
Rebus humanis, nihil est ab omni
Parte beatum.

S. D. T. E.

Suo Martino Camutio
Humanus scripsit
Hamaxi pridie Cal. Martij
A° 80

Grammata sinaxi, symbola mentis erunt.

ἐκ πόνος κλέος

Herculis, Æneæ, Pompej, Cæsaris atq;
Fortis Alexandrj fama per astra volat.
Famam qd peperit? Quid nomē vexit ad astra?
Quem fugimus cunctis, nempe,
LABORIS AMOR.

S. E. V.

Zacharias Stanck
Sensenbrennensis Sueuus
Erbat Argentina. Pridie
Cal Maij 1569

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis sua pignora passer,
Et bene: ni sæuo visa dracone forent.
Glutiyt hic pullos omnes, miseramq; parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, nisi mentitur Calchas, monumẽta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Ex literarum ſtudiis immortalitatẽ acquiri.



Neptuni tubicen, cuius pars vltima cetum,
Aequoreum facies indicat eſſe Deum:
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inſerto mordicus ore tenet.
Fama viros animo inſignes, præclaraq; geſta
Proſequitur: toto mandat & orbe legi.

Triton Neptuni Tubicen, exauditam eloquentiam, profundámque rerum ſcientiá deſignat. Anguis in ſeſe reuolutus, æternitatem. Concha perſonans, famam, quibus vnà conuenientibus. Aeterna ſcientiæ & Eloquentiæ fama ſignificatur.

Cicero.

Aptissima omnino sunt arma senectutis artes exercitationesq; uirtutum, quæ in omni ætate cultæ, cum multum diuq; uixeris, mirificos adferunt fructus: Non solum quia non deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quamquam id maximum est) Verum etiam quia conscientia uitæ bene actæ, multorumq; beneficiorum recordatio iucundissima est. etc.

Ingenuo et optimæ spei adolescenti Martino Camutio hæc scribebat Hadriardus Gymnarius. Rostochii die Johan. Baptistæ. Anno 72.

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Duces q3,
Et mare, quod geminos mugit aduq3 sinus.
Adde his barbariē conantem irrūpere frustra,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger est summo sistens in culmine, dicat:
Quis paruis magnam me super imposuit?

Optimus ciuis.



Dum iuſtis patriã Thraſybulus vindicat armis,
Dumq́, ſimultates ponere quémque iubet,
Concors ordo omnis magni inſtar muneris, illi
Palladiæ ſertum frondis habere dedit.
Cinge comã Thraſybule geras hũc ſolus honorẽ:
In magna nemo eſt æmulus urbe tibi.

Thraſybulus clariſſ. ciuis propter egregiũ facinus, ab vniuerſo populo floribus certatim iactis conſertus, & Minerualí olea eſt coronatus. Cuius agalmate optimus quiſque ciuis ſuæ Reipub amantiſsimus, & qui ab omnibus ametur, & honoretur, digniſsimus intelligi poteſt.

Quoniam res hãmanæ fragiles caducæq;
sunt semper aliqui acquirendi sãnt
quos diligamus et a quibus diligamur
Charitate enim benedolentiaq; sublata
omnis est e uita sublata iucunditas

Sic ãtiũe ne mortimeas
Sic ãtereticos ne alieno egeas

Hæc scribebat Ioannes Kniphausen
Argentinæ 10 1569

Deus dat velle & perficere; philip: 2.

Benedictionem ac gratiarum nobili
Domino Martino Camito. Dano
Theodorico Quaimerg ministro
Ecclesie collegiatae quae è in
Liesa hac observantiae ergo
Scripsit. Liesa
20. April: Anno
15. 82.


Strenuorum immortale nomen.



Aeacidæ tumulum Rhœteo in littore cernis,
Quem plerunque pedes visitat alba Thetis.
Obtegitur semper viridi lapis hic amaranthо,
Quòd nunquàm herois sit moriturus honos.
Hic Graiũ murus, magni nec Hectoris. Hanc
Debet Maonide, q̃ sibi Maonides. (plus

Nullus vnquã Heros tãto laudatus est preconio, quãto Græcus Achilles ab Homero est cõmendatus, teste vel Alexandro rege laudatissimo. Ex quo nunquam est intermoritura illius fama, quæ designatur purpureo Amarãthi flore, nullis vnquã hybernis rigoribus, coloris viuidi honoré deperdenti.

Nobiles & generoſi.



Aurea Cæcropias nectebat fibula veſtes:
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
Calceus Arcadico ſuberat cui lunula ritu,
Geſtatur patribus mullea Romulidis:
Indigenas quòd ſe adſererent: hæc ſigna tulerũt
Antiqua illuſtres nobilitate viri.

Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes Vento nimium secundo
Turgida Vela.

Virtutis et literarum
studiosissimo Iuueni
Martino Camutio Wilhelmus
Kniphausen in sui memo
riam: Argentinae anno 1569
. 17 Iulij.

Duodecim certamina Herculis.

Ἀλληγορικῶς.



Roboris inuicti superat facundia laudes:
Dicta Sophistarum laqueos q3 resoluit inanes.
Non furor, aut rabies virtute potẽtior vlla est.
Continuum ob cursum sapienti opulẽtia cedit.
Spernit auaritiã, nec rapto aut fœnore gaudet.
Vincit, fœmineos spoliat q3 insignibus actus.

Expurgat ſordes, & cultum mentibus addit.
Illicitos odit coitus, abigitq; nocentes.
Barbaries, feritasq; dat impia denique pœnã.
Vnius virtus collectos diſſipat hoſtes.
Inuehit ĩ patriã externis bona plurima ab oris.
Docta per ora virũ volat, & nõ interit vnquã.

Per Herculem Alexicacon (qui vir magnanimus, prudens, & eloquens fuiſſe perhibetur) intelligenda eſt coniuncta cum ſapientia & virtute facundia. Ac per duodecim, quos exantlaſſe dicitur labores, κατ' ἀλληγορίαν ea ſunt intelligenda, quæ Emblema explicat.

In nothos.



Herculeos ſpurij ſemper celebretis honores:
Nam veſtri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius eſſe deus potuit, quàm fugeret infans
Lac, ſibi quod frauàis neſcia Iuno dabat.

Plerique ſpurii extitere viri præſtantiſsimi, quales propemodum omnes Iouis filij, Romulus, & Iugurtha. At maximè inter cæteros Hercules, qui nunquam in diuorũ numerũ venire potuiſſet, niſi nouercæ Iunonis dormientis lac exuceiſſet. Quod quidem innuit Spurios haud temerè vnquam ad frugem peruenire poſſe, aut ad honores euehi, niſi pro legitimis habeantur, hãntque hæreditariæ ſortis participes.

Imparilitas.



Vt ſublime volans tenuem ſecat aera falco,
Vt paſcuntur humi graculus, anſer, anas:
Sic ſummũ ſcãdit ſuper æthera Pindarus ingẽs,
Sic ſcit humi tantùm ſerpere Bacchilydes.

Pindarus nouem lyricorum princeps ſtylo ſublimi ſcrip ſit. Bacchilides verò (alioquí dulcis Poëta) humili charactere. Quorum adinuicem collatione, Perſonarum imparilitas in eodem ordine agentium oſtenditur: ſub imagine auiũ diuerſarum, aut ſublime volantium, aut humi gradientium.

In desciscentes.



Quod fine egregios turpi maculaueris orſus,
In noxamq; tuum verteris officium,
Feciſti, quod capra, ſui mulctraria lactis
Cùm ſirit, & proprias calce profundit opes.

Quemadmodum Capra ſæpe quam vbere diſtento mulctram impleuit, eandem pede illiſo diſtringit, totúmque lac collectum effundit. Sic plerique in ligni aliquo opere ſuſcepto, & feliciter incepto, ac propemodum perfecto, ad extremum peccant, notabili aliquo crimine quod egregia principia dehoneſtat. Sicut fecere Tyberius & Nero, in ſuis imperiis, in peius ſemper procedentes.


Aemulatio impar.



Altiuolam miluus comitatur degener harpam,
Et prædæ partem sæpe cadentis habet.
Mullum prosequitur qui spretas sargus ab illo,
Præteritas q̃ auidus deuorat ore dapes.
Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentũ
Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.

Scriptũ videtur hoc Emblema, in quempiam Doctorem legum interpretem, Antalciaton, & autori Syndromon, cui auditores tantum ij fuere quos Alciatus reliquisset. Illum autem ἀπὸ τοῦ ἐναντίου id est, vinipotentem nomine ad rem consulto appellat. Vinolentiæ scilicet insimulans.

Albutij ad Alciatum, suadentis, vt de tumultibus Italicis se subducat, & in Gallia profiteatur.



ptimæ indolis, & sum
ci adolescenti. Mart
Transtatu facta est melior: quæ noxia quondam
In patria: hic nobis dulcia poma gerit.
Fert filium linguæ fert poma simillima cordi,
Alciate hinc vitam degere disce tuam.
Tu procul à patria impretio es maiore futurus:
Multùm corde sapis, nec minus ore vales.

PRINCEPS.

Princeps ſubditorum incolumitatem procurans.



Titanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miſeros nautas anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga hoïes Delphin cõplectitur: imis
Tutius vt poſſit figier illa vadis.
Quã decet hæc memores geſtare inſignia Reges?
Anchora quod nautis, ſe populo eſſe ſuo?

+

Σπεῦδε βραδέως

Optimæ indolis, & Summæ
Spei adolescenti, Martino
Canútio: benevolentiæ & me-
moriæ ergò Scripsit Mathæus
Delius. Argentinæ. CIↃ ƆLXIX.
II. Nonas Martij.

†

Tu cingere, patremq; gerae, tu consule cunctis
Nec tibi, nec tua te monuerant, sed publica cura.

Martino Cantio Optimo
Iuueni & amico, scribebat
in sui memoriam Abrahã
Ioannis Roland: A° 74:
9 die Maij Erfurdiæ

M. Nic: Pr: S:


In Senatum boni principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus truncæ ante altaria diuum
Hic residēt: quarum lūmine capta prior.
Signa Potestatis summæ, Sanctiq; Senatus
Thebanis fuerunt ista reperta viris.
Cur residēt? Quia mente graues decet esse quietā
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur sine sunt manibus? Capiāt ne xenia: nec se
Pollicitis flecti muneril usue sinant.
Cæcus at est princeps. quòd solis auribus, absque
Affectu, constans iussa Senatus agit.

Quod non capit Christus, rapit fiscus.



Ea primùm homunculos, quos iam madefecerat antè
Sponciolas, cupidi Principis arctat manus.
Prouehit ad summùm fures: quos deinde coërcet,
Vertat vt in fiscum quæ malè parta suum.

Principes publicis functionibus, & fisci rationibus eos præficere solent, quos acri ingenio solertes & proba natura viros bonos existimant. At ij plerumque auri (quod acerua tim tractant) splendore excæcati, naturâ mutant & regiam gazam depeculantur, aut prouincias expilant.

+

Saxo: grammt:

Quas sacras aedes, pietas Constrvxit
avorvm,
Has nunc hæredes, quas tant more
Lvporvm,



Simon Nicolaj Coldinj manu propria
scripsit in memoriam honesto
Iuueni, Martino Camutio, :.
Hussinæ 15. Martij, A.
1577

Opulentia tyranni, paupertas subiectorum.



Humani quod ſplen eſt corporis, in populi re
Hoc Cæſar fiſcum dixerat eſſe ſuum.
Splene aucto, reliqui tabeſcunt corporis artus.
Fiſco aucto, arguitur ciuica pauperies.

Consiliarij Principum.



Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
In stabulis Chiron eruduſſe ſuis.
Semiferum doctorem, & ſemiuirum centaurũ,
Aſſideat quiſquis regibus, eſſe decet.
Eſt fera, dum violat ſocios, dum proterit hoſtes:
Eſt q̃ homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.

Magiſtri & inſtitutores æquitatis, aut publici boni prætextu, occultè populi ſubſtantiam deuorant, quauis fera immãniores.

Philippus Mel.

Nullius est foelix conatus, & utilis unq̃
Consilium, si non detq̃ iuuetq̃ Deus.

Hæc conterraneo et amico
suo dilectißimo, Martino Ca-
nutio, amicitiæ ergo scrip-
sit Christophorus Andre-
as, 23 Aprilis, Anno 71.

Principis clementia.



Vesparũ quòd nulla vnquã Rex spicula figet:
Quod q3 alijs duplo corpore maior erit.
Arguet imperium clemens, moderata q3 regna,
Sanctaq3 iudicibus credita iura bonis.

Vesparum, seu potius apum Rex cæteris in suo genere, & maior & fortior, aculeum tamen & pungentem acriter, & venenatũ non habet, vt cæteræ. Sic & bonus Princeps quanto potentior, tantò clementior est, & minus nocés, qualem fuisse constat magnificum illum, & nunquam satis laudatum Iulium Cæsarem, Imperatorem clementissimum.

RESPVBLICA.

Salus publica.



Phœbigena erectis Epidaurius insidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt ægri, veniamq; salutifer orant:
Annuit, atq; ratas efficit ille preces.

Aesculapij serpẽtis imagine figurata est salus publica Quod quidem & verius, & conuenientius dici posset de Serpente æneo quem Moses in deserto appendit. Cuius aspectus liberabat à mortis periculo, eos qui ab inflãmatis anguibus essent præmorsi. Christum videlicet præfigurando in crucem sublatum, eundémque verum animarum languentium Aesculapiũ.

Claudianus.

Tu Quem patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec tibi nec tua te moueant, sed publica uota:
In commune iubes, si quid censesq; tenendum
primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre uetat, cum uiderit ipsum
Autorem parere sibi, componitur Orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent, quam uita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe uulgus.

Hæc Conterraneo ex amico suo
Charissimo Martino Canutio,
amicitiæ ergo, scripsit Nicolaus
Schram Rostochij 20. Maij An:
salutis Humanæ 1:5:7:2.

Respublica liberata.



Cæsaris exitio, ceu libertate recepta,
Hæc ducibus Brutis cusa moneta fuit.
En siculi in primis, quos pileus insuper adstat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.

Brutus partium pro Rep. stantium Imper. in memoriã vindicaræ libertatis à C. Cæsare (quem ipse interfecit) oppressæ numisma cudi fecit altera ex parte signatũ pugione Cæsaris cædem notãte, altera Pileo, asserta Reip. libertate indicante. Pileum namque olim dabatur manumissis, & in libertatẽ assertis. Quem morem hodie quoque retinet Parisiensis vniuersitas, quæ scholasticis à disciplinæ seruitute, ad Magisterij libertatem transeuntibus Pileum, libertatis notam, honorificè imponit, & zonam seruitutis signum, soluit.

VITA.

In vitam humanam.



Plus ſolito humanæ nunc deſle incõmoda vitæ,
Heraclite: ſcatet pluribus illa malis.
Tu rurſus (ſi quando aliâs) extolle cachinnum
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
Interea hæc cernens meditor, qua denique tecũ
Fine fleam, aut tecum quomodo ſplene iocer.

πάντα μόνος θνητῶν, τάνθαδε πάντα θεός,
χνοῦς, ὀχιὰ, θάῤῥια, δρόμος, πνοιὴ, πλέον, ἀ=
τμὶς, ὄνειρος,
οἶδμα, ῥόος, νηὸς ἴχνιον, αὔρα, κόνις,

Joachimus Broizemius
Brunonis Vicensis scribebat Rostochij IV Id:
Vltis. Anno Salutis
CIↃ IↃ LXXI.

Aere quandoque salutem redimendam.



Et pedibus segnis, tumida & propendulus aluo,
Hac tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo disces non parcere rebus,
Et vitam vt redimas, hostibus ara dare.

Castoris exemplo, qui amputata genitalia (propter quæ se appeti intelligit) venatoribus ac canibus relinquit; vt reliquum corpus illæsum seruet. Admonemur in necessitatis periculo Naturæ aut Fortunæ bonis minimè parcendum esse, quibus carere possimus vita conseruata.

MORS.

Cum laruis non luctandum.



Acacidæ moriens percussu cuspidis Hector,
Qui toties hostes vicerat antè suos:
Cõprimere haud potuit vocẽ, insultantibus illis,
Dum curru, & pedibus nectere vincla parãt.
Distrahite vt libitum est: sic cassi luce leonis
Conuellunt barbam vel timidi lepores.

Pusillanimium Natura est, fortibus victis insultare, quorum in robore ac virtute constantium, solum aspectum reformidassent.

1 5 X 8

Imperator Justinus. in Auth.
Hæc Constitutio, coll. 8.

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotijs: Vnde non minus conijcitur ut a judicio sistat set effectus: et quod erecebat conijcere processe experimento minuitur inutile.

Hæc in jucundam sui recordationem scribebat Joannes Ernestus Wurstisius Argentinensis Tubingæ

Patris Generis

Hen Cur Usq; adeo Vilissimu terrae sinu[illegible]
Cuius fucku orbi Corrosant Viscera Verm
Quid tandem qui[illegible] te semper fore situm esse
Victurum Crudis. miser hu miser ais fie
Quum sit

Incertus, vetex, angustus terminus aui
Sufficiat orbis Vetustibi parcimus
sepulchrum.

Hanc ad veterem editionem
scribebat Hieronimus Ostus
Quastor Marpurgensis
4 Kal Maii Anno [illegible]

De Morte, & Amore.



Errabat socio Mors iuncta Cupidine. secum
Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.
Diuertere simul. simul vna & nocte cubarunt,
Cœcus Amor, Mors hoc tempore cœca fuit.
Alter enim alterius male quida sicula sūpsit:
Mors aurata, tenet ossea tela puer.
Debuit inde senex qui nunc Acherontius esse:
Ecce amat, & capiti florea serta parat.
Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,
Deficio: iniyciunt & mihi fata manum.
Parce puer, Mors signa tenens victricia parce.
Fac ego amem: fulcat fac Acheronta senex.

In formosam fato præreptam.



Cur puerũ Mors ausa dolis es carpere Amcrẽ.
Tela tua vt iaceret: dum propria esse putat.

Deploratio hæc est formosæ cuiusdam præpropera morte extinctæ, ea ætate, qua amoris telo tactam potius fuisse oportuit. idque errore eodem, qui suprà memoratus est.

Mors ultima linea rerum

Nicodemus Frischlinus, Poëta L. Com. Palat. Professor Academiæ Tubingæ 4 Martij, 81 anno,

Omne nimium naturæ inimicum, at quod paulatim fit id tutum est

Thomas Coccius MD. Basil. 14. Feb. An. 84.

In mortem præproperam.



Qui teneras forma allexit, torsitq; puellas,
Pulchrior, & tota nobilis vrbe puer,
Occidit ante diem, nulli mage flendus (Arestì)
Quàm tibi, cui casto iunctus amore fuit.
Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
Astruis: & querulis vocibus astra feris.
Me sine abis dilecte? neq; amplius ibimus vnà?
Nec mecum in studys ocia grata teres?
Sed te terra teget, sed fati, Gorgonis ora,
Delphinesq;, tui signa dolenda dabunt.

Terminus.



Quadratum infoditur firmissima tessera saxũ,
Stat cirrata super pectore imago tenus,
Et sese nulli profitetur cedere, talis
Terminus est, homines qui scopus vnus agit.
Est immota dies, præfixaq; tempora fatis,
Deq; ferunt primis vltima iudicium.

Nulli cedit Terminus.

Opulenti hæreditas.



Patroclum falsis rapiunt hinc Troes in armis,
Hinc secy, atque omnis tula Pelasga vetat.
Obtinet exuuias Hector, Grecíq; cadauer.
Hæc fabella agitur, cùm vir opimus obit.
Maxima rixa oritur, tandē sed trēsigit hæres,
Et coruis aliquid, vulturiysq; finit.

Diuitis mortui, & falsis fortunæ bonis (quæ sua non erāt) instructi. Hæres spolium successionis inuadit. Partem litigatores sibi arripiunt. Sacerdotes Cadauer, & funeris impensas habent.

AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem durans.



Arentem senio, nudam quoq; frondibus vlmũ.
Complexa est viridi vitis opaca coma.
Agnoscit q; vices naturæ: & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo,
Exemploq; monet, tales nos quærere amicos,
Quos neque disiungat fœdere summa dies.

Herodotus.

φιλεῖ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολούειν.
ὁ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ
θεὸς, ἢ ἑαυτόν. id est,
Solet Deus omnia sublimia mutilare, ne sinat generosam spiritus altos gerere, cum ipse solus sit altissimus.

Johannes Posselius
scribebat Rostochij.
23 Junij. Anno 1572.

Mutuum auxilium.



Loripedẽ ſublatũ humeris fert lumine captus:
Et ſocij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors ſic præſtat vterq;
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Natura (quæ nihil aliud eſt quàm Dei prouidentia) vni tribuit quod alteri ademit, ad hoc ſcilicet, vt homines hominum auxilio egentes, congregarentur, & conuenirent in familias, pagos, vrbes, ciuitates & regna, vt homo animal eſt ſociabile.


Auxilium nunquàm deficiens.



Bina pericla vnis effugi sedulus armis,
Cùm premererq; solo, cùm premererq; salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit. idem
Naufragũ apprensus littora aduſque tulit.

Scutum bellicum olim tantæ amplitudinis erat, vt totũ hominẽ tegeret, & à telis omni ex parte defenderet. Ad hæc conuexa eius parte, corpus sustentãte flumen tranari posset. Vt fecit Alexander, alioqui nandi imperitus. Cuius quidem scuti militaris imagine, verus designatur amicus, nusquam in quocunque periculo deficiens, & in omni rerũ discrimine auxiliator.

Gratiæ.



Tres Charites Veneri assistunt, dominamq; sequuntur,
Hincq; voluptates, atque alimenta parant.
Lætitiã Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorẽ,
Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
Cur nudæ? mentis quoniam candore venustas
Constat, & eximia simplicitate placet.

An quia nil referũt ingrati: at q3 arcula inanis,
Est charitum? qui dat munera, nudus eget.
Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat
Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij est.
Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus
Fœnerat. huic remanent vna abeunte duæ.
Iuppiter ijs genitor, cœli de semine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

Lætitia, Pulchritudo, & Suauiloquentia, tres sunt Gratiæ, neminem non ad sui amorem allicientes, quas nudas esse oportet citra simulationem, promptas & celeres, ad obsequium, mutuo amore, ac benigna liberalitate conjunctas, ex bonis ingeniis ortas, & denique omnibus gratas.

Amici nostri nomen hic adscripsit.

Nobilissº et Doctissimo Dnō
Martino Canutio Regiomon
tano amicae memoriae
ergo fecit scribebatque
Ulricus Montanus Bonnas
Argentinus M. Ianuā: D.
19. An: 81

Si quem delectat alienis maledicere, iustus
Dat veniam quoties audit se ipse mal.

Abrahamus Musculus
Eccles Bernensis scripsit
Berna 22. Maij.
1583.


HOSTILITAS.

In detractores.



Audent flagrifiri matulæ, ſtupidiq; magiſtri
Bilem in me impuri pectoris euomere:
Quid faciãt? reddámne vices? ſed nónne cicadæ
A launa olſtreperam corripuiſſe ferar?
Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flabris?
Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.

Inanis impetus.



Lunarẽ noctu (vt ſpeculũ) canis inſpicit orbẽ:
Seq; videns, altum credit ineſſe canem,
Et latrat: ſed ſi uſtra agitur vox irrita ventis,
Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

Vt fruſtra canes lunæ allatrant, quam mordere non poſſint. Sic & oblocutores, inuidi vt canes in caſſum magno alicui & excelſo viro detrahunt, cui nihil malefacere queãt, & quorum maledicta ipſe haud audire dignatus, ſuarum virtutum curſum proſequitur.

Exod. 7.

In omnibus operibus tuis memorare novissima tua & in æternum non peccabis

In sui memoriam
Reynhardum amico
optimo Basilea Swevus
Æschylus Christianus
20 Maij Anno 1583.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Προσωποποια.



Reptabat torrens ollas, quarum vna metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri:
Iuncta vt præcipites vtraque sistat aquas.
Cui lutea, Haud nobis tua sunt cõmercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda:
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

In eum qui truculentia suorum perierit.
PROSOPOPEIA.



Delphinem inuitũ me in littora cõpulit æstus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec propriis Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?

Si à nostris prodimur, quibus fidendum.

Ἐχθρῶν δῶρα δῶρα, In dona hostium.



Bellorum cæpisse ferunt monumenta vicissim
Scutiferum Aiacem, Hectoraq; Iliacum,
Balthea Priamides, rigidũ Thelamonius ensẽ,
Instrumenta suæ cœpit vterque necis.
Ensis enim Aiacem cõfecit, at Hectora functũ
Traxére Aemonijs cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, venturi præscia fata ferunt.

A minimis quoque timendum.



Bella gerit Scarabæus, & hostẽ prouocat vltrò,
Robore & inferior, consilio superat.
Nã plumis aquilæ clã se neque cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat.
Ouaq; considiens prohibet spem crescere prolis.
Hocq; modo illatum dedecus vltus abit.

Nullus est paruus inimicus.

A cane non magno sæpe tenetur aper.

In gratiam nobilissimi ac ornatissimi iuuenis D. Martini Camuti [redacted] scribebat Antonius Fabricius Laupachensis Liche, 21 Aprilis Anno Salutis humanæ 1582.

Obnoxia infirmitas.



Piſciculos orata rapit medio æquore ſardas,
Ni fugiant pauidæ ſumma maris q; petant.
Aſt ibi ſunt mergis fulicis q; voracibus eſca.
Eheu intuta manens vndique debilitas.

Vel poſt mortem formidoloſi.



Cætera muteſcent, coriumq; ſilebit ouillum,
Si confecta lupi tympana pelle ſonent.
Hanc mẽbrana ouium ſic exhorreſcit, vt hoſtẽ,
Exanimis quamuis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Ciſchas in tympana verſus,
Bœhemos potuit vincere pontifices.

VINDICTA.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
Haec secum teneras concinit inter oues.
Pascite vos herbas: socijs ego pascar Achiuis,
Postremum q3 Vlin viscera nostra ferent.
Audijt haec Itachus, Cyclopaq3 lumine cassum
Reddidit. En pœnas vt suus author habet?

Iusta vltio.



Raptabat volucres captũ pede coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
At ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in stygias compulit vltor aquas.
O risu res digna. alijs qui fata parabat,
Ipse perit: propriis succubuitq; dolis.

Cũ malus in malũ, aut in peiorẽ, quid molitur seipsum perdit, vt cũm gladiator in homicidã incidit. fur in latronẽ, lusor in aleatorem, falsarius venificũ, fœnerator in auctionatorem, aut transfugam, Callidus, in versipellem, impostor in Planum. Coruus quidem malus est. At scorpius nocentior. qui cauda venenata interimit.

Parem delinquentis, & suasoris culpam esse.



Præconem lituo perflantem classica, victrix
Captiuum in tetro carcere turba tenet.
Quæ sibi excusat: quòd nec sit strenuus armis,
Vllius aut sæuo læserit ense latus.
Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios æris in arma cies.

Idipsum est quod in iure legitur. Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Proinde crimine in omni, agens & instigans, eodem genere supplicij sunt puniendi.

Alius peccat, alius plectitur.



Arripit vt lapidem catulus, morſuq; fatigat,
Nec percuſſori mutua damna facit.
Sic plerique ſinunt veros elabier hoſteis.
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Maligno crudelíque animo homines, eos abs quibus malè accipiuntur reformidant, neque cum illis congredi audent. At dolorem ſuum vlciſcũtur in infirmos, & innoxios, abs quibus minimè ſunt læſi. Nam (vt ait Suetonius & confirmat Comminius) Crudeles homines ferè ſunt formidoloſi, in ſupplices ſæui, in audaces timidi.

Dat ueniam corui uexat censura columbas.

Nobili et ornatissimo d. Martino Kuncio amicitiæ ergo scribebat hæc Georgius Fricius Dayr in Hierapacis Herrenberga, 2 Mar. anno MDXXXI.

Insani gladius.



Setigeri medius stabat gregis ensifer Aiax,
Cæde suum, credens cædere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas
Pro Laërtiade, pro caneaq; dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab ictu,
Consiliyq; impos in sua damna ruit.

Furore & ira (quæ temporaria est mania) perciti, sibi ipsis, plus quam hostibus nocent.

PAX.



Turrigeris humeris, dẽtis quoq; barrus eburni,
Qui superare ferox Martia bella solet,
Supposuit nunc colla iugo. stimulisq; subactus,
Cæsareos currus ad pia templa vehit.
Vel fera cognoscit concordes vndique gentes.
Proiectisq; armis munia pacis obit.

Cæsar triumphans in Capitolium ascendit, cum Elephãtis quadraginta, senos lychnuchos gestantibus flãmantes, & odoraros, in signũ pacis bello partæ. Elephas nanque robore, ac dexteritate præstans animal fuit bellicum. Docili autem mansuetudine, triumphale animal & pacificum.

+

Petrarque souloit dire, que
cinq grandz ennemis de la
paix habitent auec nous,
à scauoir, l'auarice, l'enuie,
l'ire, l'ambition & l'orgueill
Et si ces vices estoient bannis
de nous, la paix sans doubte
habiteroit au monde.

J. T. C.

Nobili ac doctissimo
adolescenti d. Martino
Camutio, domo, amico suo
singulari, hæc in sui me
moriam scribebat. Fotomus
à Ste Scandy. Lichæ
xo aprilis Ao 1582

Dj gueres me contento, meglio
spero. —

1581

Ach Gott was hab ich
Treu verloren,

Durch ist es Bey der allein
Dem Gott Gemein

Conrad

Ex bello pax.



En galea, intrepidus quã miles gesserat: & quæ
Sæpius hostili sparsa cruore fuit.
Parta pace apibus tenuis concessit in vsum
Alueoli: atque fauos grata ij mella gerit.
Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellũ:
Quando aliter pacis non potes arte frui.

Res eadem diuersis vtibus potest accõmodari. Nã vt gladius pacem, & iustitiã, sui formidine tuetur. Sic iniuriã, & bellum, audacia cõfidentia parit. Proinde interdum necessarium est bellum, vt inde Pax sequatur. Quod indicat in icone galea, quæ bellorum tumultibus caput armat. Pacis temporibus, Aluearij vsum præstat apibus.

Ex pace vbertas.



Grandibus ex ſpicis tenues contexe corollas,
Quas circum alterno palmite vitis eat.
His cõptæ Halciones trãquilli in marmoris vn-
Nidificant, pullos inuolucresq; fouent. (da
Lætus erit Cereri, Baccho quoq; fertilis annus,
Aequorei ſi rex alitis inſtar erit.

Princeps optimus tutis locis, & cibi & potus copia inſtructis, ſibi ſubiectos homines fouet. tutiſsima eſt regni eius, & ſeculi quo viuit tranquilliras.

j 5 * 8 j

Gottes gnade mein Reichthumb.

Reisers Lucka von Leisnigwerd
Goesteiner

Principium Sphere Spheram
rum principe Rome.
Postulat a nobis festiuis Cand.
for orbis.

Iacobus Apost: Cap: 3 epist. Canon. 13.

Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας. εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας· οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη ἀλλ' ἐπίγειον, ψυχικὴ, δαιμονιώδης.

(Nihil est quod habeat est.)

Nobili & docto Viro Martino Camito Duno amico scribebat Basilea Kisselij Orthesia Lithuano 8 Augusti Anno 81.

Der Ist Arbeitsam Mensch gelärt
Der alle Ding Gott zu Ehren kärt.

Doctos doctis obloqui nefas esse.



Quid rapis heu Progne vocalem sæua Cicadã,
Pignoribusq́, tuis fercula dira paras?
Stridula stridẽtẽ, vernam verna, hospita lædis
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hanc prædã. nã musica pectora summum est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Eloquentia Fortitudine præstantior.



Areũ læua tenet: rigidam fert dextera clauã,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies. non conuenit illud
Quòd vetus & senio tempora cana gerit.
Quid quod lingua illi leuibus traiecta cathenis,
Quæ is fissa facileis allicit aure viros?
Annè quòd Alciden lingua non robore Galli
Præstantem, populis iura dediſſe ferunt?
Cedũt arma togæ, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens ad sua vota trahit.

Ennius.

Nec quisquam sapiam, sapientia quæ perhibetur,
In somnis vidit prius quam sam fiscus capit.

Nic. Cragius

Bernoburgi ex memoria exgo
scripsi Germaniæ ex calend. VII bris

Anno V. T. clo Io LXXXIII.

Facundia difficilis.



Antidotum Aeæa medicata in pocula Circes
Mercurium hoc Ithaco fama dediſſe fuit.
Moly vocant, id vix radice euellitur atra,
Purpureus: ſed flos, lacteis & inſtar habet.
Eloquij candor facundiaq́, allicit omnes:
Sed multi res eſt tanta laboris opus.

Per Homericũ Moly, herbam radice nigra, flore candido, & purpureo quod inuentu perdifficile eſt: Eloquentia venit intelligenda, à principio quidem obſcura mox florens, perſpicua & honorata. Inuẽtu tamẽ difficilis, niſi felicibus ingeniis, ſed quæ omnem ſuperat maliciam & ip[illegible]m habenti, gratiam cõciliat.

Antiquiſsima quæque commentitia.

APOLOGESIS.




Pellenæe ſenex, cui forma eſt hiſtrica, Proteu,
Qui modò mẽbra viri fers, modò mẽbra feri.
Dic age, quæ ſpecies ratio te vertit in omnes,
Nulla ſit vt vario certa figura tibi?
Signa vetuſtatis, primæui & præfero ſecli:
De quo quiſque ſuo ſomniat arbitrio.

Insignia Poëtarum.



Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
Sunt quibus aut Serpẽs, aut Leo signa ferũt.
Dira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,
Doctaq́ sustineat stemmata pulcher Olor.
Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:
Rex, olim veteres seruat adhuc titulos.

Muſicam Dijs curæ eſſe.



Locrenſis poſuit tibi Delphice Phœbe cicadam
Eunomus hanc, palmæ ſigna decora ſuæ.
Certabat plectro Sparthyn commiſſus in hoſtẽ,
Et percuſſa ſonum pollice fila dabant.
Trita fides rauco cœpit cùm ſtridere bombo,
Legitimum harmonies & vitiare melos,
Tum Citharæ argutans ſuauis ſeſe intulit ales,
Quæ fractam imploret voce cicada fidem.
Quæq; allecta ſoni ad legem deſcendit ab altis
Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.
Ergo tuæ vt firmus ſtet honos (ô ſancte) cicadæ,
Pro cithara hic fidicen æneus ipſa ſedet.

1 . 5 . 81 .

Musica noster amor.

Nobili domino Martino Canutio in sui memoriam scribebat Gabriel Stleicher in civitate Giessen.

Litera occidit, ſpiritus viuificat.



Vipereos Cadmus dentes vt credidit aruis,
Seuit & Aonio ſemina dira ſolo:
Terrigenûm clypeata cohors exorta virorũ eſt,
Hoſtili inter ſe qui cecidêre manu.
Euasêre quibus monitu Tritonidos armis
Abiectis data pax, dextraq; iunctа fuit.
Primus Agenorides elemẽta, notasq; magiſtris
Tradidit, ijs ſuauem iunxit & harmoniam.
Quorum diſcipulos contraria plurima vexãt,
Non niſi Palladia quæ dirimuntur ope.

Dicta septem sapientum.



Hæc habeas: septem Sapientum effingere dicta,
Atque ea picturis qui celebrare velis.
Optimus ĩ rebus modus est (Cleobulus vt inqt)
Hæc trutinæ examen, siue libella docet.
Noscere se Chilon Spartanus quẽque iubebat.
Hoc speculaĩ manibus, vitraq; sũpta dabũt.
Quod Periander ait, fræna adde Corinthius
Pulegium admotum naribus efficiet. (iræ:

fida parum, multum & rara; nam fidere multum,
Et rarissima summa de fide.

Doctissimo omnibus & Virtutum generibus ornatissimo Viro Martino Camutio Flandro in sui memoriam scripsit hæc Adamus Fabricius Marchianensis.
Francofurti ad Mænum mense Octob. Ao 84

Pittacus at ne quid (dixit) nimis. hæc eadem
Contracto qui gith ore liquefaciũt. (aiunt,
Respexisse Solon finem iubet. vltimus agris,
Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
Heu q̃ vera Bias, Est copia magna malorum:
Musmoni insideat effice Sardus eques.
Ne præsesto (Thales dixit) sic illita visco
In laqueos sociam parra, meropsq̃ trahit.

Hæc sunt Apophthegmata, memorabilésque sententiæ septem virorum, qui in Græcia sapientes sunt habiti, earúmque rerum imagines per quas figurari possunt: Cleobuli Statera mediocritatem significat: Chilonis speculum, suiipsius cognitionem. Pulegium Periandri iræ moderationem. Pulegium namque per inferiora bilem purgat, naribus admotum lipothymiæ medetur. Gith Pitaci luxum prohibet. Est etenim Gith semen minutum, quod modicè cibis admixtum dat saporis gratiam: nimium verò necat, aut conuellit. Solonis terminus (cuius ante facta est descriptio) admonet, considerandum esse in omnibus finem, maximè mortis. Sardus eques in Musmone Biantis nota. Malorum multitudinem signat. Sarda enim gens mala malè audit. At Musmon Mulus est è Corsica, non maior capra cæterum iniquæ mentis bestia. Vtriusque autem magna est copia. Denique Merops illaqueata, quæ cæteras in retia allectat, Thaletis nota dehortatur sponsionem facere. Nam qui vel corpore, vel bonis pro alio sponsor est & se vadem constituit, libertatem sui in seruitutem, & periculum adducit.

IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam. Διαλογισμός.



Q d mõſtrũ id? Sphinx eſt. Cur cãdida virginis
Et volucrũ pẽnas, crura leonis habet? (ora,
Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia: tãti
Scilicet eſt triplex cauſa & origo mali.
Sũt quos ingeniũ leue, ſunt quos blãda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda ſuperba rudes.
At quibus eſt notũ, quid Delphica littera poſſit:
Præcipitis monſtri guttura dira ſecant.
Nãq; vir ipſe, bipesq;, tripesq; & quadrupes idẽ
Primaq; prudẽtis laurea, noſſe virũ. (eſt,

Tantum sumus, quantum verè scimus &
rectè agimus.

In sui memoriam perpetuam
amico suo singulari D. Martino
Canutio scribebat Andreas
Christianus Rip. 6 cal.
Augusti Genevæ Allobrogum
Anno æræ christianæ 1584.

Optandū est ut sit mens sana in
corpore sano.

Samuel Gryn. D.
18 Maij 1583.

Mentem, non formam plus pollere.



Ingressa vulpes in Choragi pergulam,
Fabre expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, vt spiritus
Solùm deesset, cæteris viuisceret.
Id illa cùm sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est, sed cerebrum non habet.

Vulpis huius (quæ versutum hominé signat) Apophthegma, in multos torqueri potest: qui faciem quidem hominis extrà, præ se ferentes, intus sensu, & ratione sunt vacui.

Diues indoctus.



Tranat aquas reſidẽs precioſo ĩ vellere Phrixus
Et flauam impauidus per mare ſcãdit ouem.
Ecquid id eſt? vir ſenſu hebeti. ſed diuite gaza,
Coniugis aut ſerui quem regit arbitrium.

Heleſpontum Phrixus puer traiecit, in ariete aureo obequitans: quem ſeſſor pro arbitrio dirigit. Aries autem ſimpliciſsima eſt, & ſtolidiſsima pecus, bono tamen corporis habitu, & conferto lanæ mollis tegumento. Aurum diuitias. Puer, aut ſeruitutem aut iuuenilem ſignificat ætatem. Quare phrixus aurei velleris ariete, Pontum tranſuectus, aut vxor eſt, aut ſeruus, aut Putio virum, aut Dominum, diuitem quidem, ſed ſtolidum pro arbitrio quocunque velit transferens.

Auxilium meum a domino qui fe
coelum & terram.

Matth: Gram
Ao 87. 19 April.
strepit anser inter
olores.

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam.



Ecce puella, viro quæ dextra iungitur. Ecce
Vt ſedet: vt catulus luſitat ante pedes? (dor,
Hæc fidei eſt ſpecies: Veneris quã ſi educat ar-
Malorum in lauâ non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris ſunt, ſic Scheneida vicit
Hippomenes. petiit ſic Galatea virum

Reuerentiam in matrimonio requiri.



Cùm furit in Venerem: pelagi se in littore sistit
Vipera: & ab stomacho dira venena vomit.
Murænamq; iens, ingentia sibila tollit,
At subitò amplexus appetit illa viri.
Maxima debetur thalamo reuerentia, cõiunx
Alternum debet coniugi & obsequium.

Prudentis serpentis exemplum, qui cũ Muræna cõgressurus prius venenũ euomit, ea vero sibilo euocanti paret, & ad eum mox adnatat. Sic & coniugatos oportet cũ Amoris connubialis reuerentia mutua cõuenire, & coire: omni prius affectu malo ex animis eiecto, & simul cum vesti mẽtis deposito.

Infœcunditatem ſibi ipſi damnoſam.



Ludibrium pueris lapides iacientibus, hoc me
In triuio poſuit ruſtica cura nucem
Quæ laceris ramis perſtricto ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid ſterili poſſet contingere turpius? heu,
Infelix: fructus in mea damna fero.

Liberorum generatio naturalis quidem eſt lætitia, verùm pernicioſa, & pœnitenda: quoties pares eam ruinæ, infamiæ, aut mortis ſunt in cauſſa. Quemadmodum nucis fructus in cauſſa eſt, vt arbor, de qua productus eſt, ſaxis ſudibúſque petatur, ramíque eius diſſipentur.

Amor filiorum.



Ante diem vernam loreali cana palumbes
Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet:
Mollius & pulli vt iaceant, sibi vellicat alas,
Quàs nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecqd Colchi pudet, vel te progne ĩproba? mortẽ
Cùm volucris propriæ prolis amore subit?

Palumbis quæ excluſorũ in hyeme pullorũ gratia fouendorum ſeipſam deplumat & alget: exéplum matribus eſt pietatis, opprobrium verò illis, quæ ſuos infantulos aut incuria perire ſinunt, aut etiam necant, vt Progne, & Medea.

Pietas filiorum in parentes.



Per medios hoſteis patriæ, cùm ferret ab igne
Aeneas humeris dulce parentis onus.
Parcite (dicebat) vobis ſene adorea rapto
Nulla erit: erepto ſed patre ſumma mihi.

Magna certè gloria eſt filio, ei vitam aut reſtituere, aut tueri ab quo vitam acceperit, nempe paréti. Quod laudatiſsimum Aeneæ factum celebratur.

Mulieris famam, non formam, vulgatam esse oportere.

DIALOGISMVS.



Alma Venus quanã hac facies, q d decstat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fœmineum, nostra iussit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puel
Suppositit pedibus talia signa meis. (las,

+

Christus Jhesus factus mihi a Deo Prō
sapientiā, Justitiā, sanctificatio et
Redemptio:

Virtute & literis ornatissimo Juueni
Martino Danitho Argentorati
scripsit Wijardus Hamius Anno
69: Julij 17:

In pudoris ſtatuam.



Penelope deſponſa ſequi cupiebat Vlyſſem,
Ni ſecum Icarius mallet habere pater. (go.
Ille Ithacã, hic offert Sparten. manet anxia vir
Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor.
Ergo ſedens velat vultus, obnubit ocellos.
Iſta verecundi ſigna pudoris erant.
Quẽis ſili prælatum Icarius cognouit Vlyſſem,
Hocq; pudori aram ſchemate conſtituit.

Nupta contagioſo.



Di ymeliora piis (Mezenti) cur age ſic me
Compellas? empti quid tibi dote gener.
Gallica quem ſcabies dira & mētagra perurit:
Hoc eſt quidnam aliud (dic mihi ſæue pater)
Corpora corporibus, quā iungere mortua viuis,
Efferaq; Etruſci facta nouare ducis?

CVPRESSVS.



Indicat effigies metæ, nomenq; Cupressi
Tractandos parili conditione suos.

ALIVD.

Funesta est arbor, p cerũ monumẽta Cupressus
Quale Apium plebis, comere fronde solet.

ALIVD.

Pulchra coma est, pulchro digestæq; ordine frõ (des
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

QVERCVS.



Grata Ioui est quercus, q̃ nos seruat q̃, fouet q̃,
Seruanti ciuem querna corona datur.

ALIVD.

Glande aluit veteres, sola nunc proficit vmbra.
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.

Indicat Dei beneficentiam eiusmodi esse, vt percepto, consumptóque eius fructu, vmbra etiam, & memoria vsum aliquem præstet, vt Mosis, & Prophetarum scripta Euangelium adumbrarunt.

SALIX.



Quòd frugisperdam salicẽ vocitarit Homerus, Clitorijs homines moribus absimilat.

Homerus Poëtarum maximus, Salicem proprio epitheto frugisperdam dixit, quod fructum nullum proferat, & in aquis, aut propter aquas proueniat. Per hoc significans hydropotas abstemios parum frugiferos esse, aut corpore aut animo. Tum maximè quod salicis semen calorem naturalem extinguere, & vim generandi perimere dicatur.

ABIES.



Apta fretis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima commoditas.

Amicitia nihil aliud est, nisi rerum
diuinarum humanarumq; summa consensio.

Non plures in locis, aere,
igni, et aqua, quam amicitia


Doctissimo, nobilitate atq; omnis
generis virtute, praestantissimo
Domino Martino Cambero exaravit
literulas. Conradus Stadius, in
sui memoriam

Anno Domini 1586
Decemb. 12

Sicut rami piceæ plerunq; ad terram flectuntur
& eius folia teste Dioscoride, dentium dolores mulcent:
ita homo Christianus humilitatem semper sectari debet
quo per eius folia gehennæ cruciatum effugere possit

Nobilissimo ac Doctissimo Domino
Martino Camutio Dano amicitiæ ergo
scribebat M Josephus Brentius Medi-
ne studiosus 3 Martij Anno 1581.

PICEA.



At picea emittat nullos quòd ſtirpe ſtolones:
Illius eſt index, qui ſine prole perit.

Picea ab radice ad ſummum nullos de trunco ſtolones præducit, hominem ſignificans, qui ſine liberis decedit.

COTONEA.



Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus constituisse Solon.
Grata ori & stomacho cũ sint, vt & halitus illis
Sit suauis, laudus manet & ore lepos.

Cydonia mala cor reficiunt, suauem halitum ori inspirant, quæ olim neogamis pro munere oblata de more, admonebant vt erga coniugem, mundo corde, puris affectibus, ore odorato, pudicáque verba, & honestos sermones spiranti forent.

HEDERA.



Haud quaq̃ arescẽs hederæ est arbuscula, Cisso
Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt:
Errat unda, procax, auratis silua corymbis,
Exterius viridis, cætera pallor habet.
Hinc aptis vates cingunt sua tempora sertis:
Pallescunt studijs, laus diuturna viret.

ILEX.



Duritie nimia quòd ſe rumperet ilex,
Symbola ciuilis ſeditionis habet.

Seditioſi populares duriſsimæ ceruicis, cum vnà contineri, & concordes conuenire non poſsint, ob rigidiorem, & nimis peruicacem naturam ab inuicem ſeparantur, locúmque dant manui Poteſtatis, quæ in eos irrumpẽs diſgregat, diſperdit, & vltricibus ſuppliciis ad nihilum redigit.

AMYGDALVS.



Cur properans foliis præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.

Amygdalus omnium prima floret, & facillimè perit. Sic & præcox ingenium (vt ait Fabius) haud temerè vnquam peruenit ad frugem.

BVXVS.



Perpetuò viridis, crisso cacumine buxus,
Vnde est disparibus fistula facta modis,
Delitijs apta est teneris, & amantibus arbor.
Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Buxus in foliis perenni est virore, in ligno, autem exangui pallore, quo tamen tibiæ excauantur harmonicæ ad amatoria carmina, suauiter personanda. Sic & amatores viuaci amoris calore, & iuuenili vigore virent, biliosis affectibus suffusi pallescunt. Voce autem & sermone sunt blando, ac suaue loquenti.

Ovid: Pallidus buxo corpus amantis erat

Ut Buxus pallet: Sic bella ni
gella puella

Sum desiderio pallidus usq; tui

Orpheus

ἓξ ἑὸς αὐτοχθὼν ἑνὸς ἐκ πάντα τέτυκται

Ex uno per se genito sunt ōia nata

Et Anaxagoras constituit omnia ὁμοῦ πάντα διακόσμησε καὶ πάντων αἴτιον

Aristoteles

ἢ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία: ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ

Non ex duobus medicis fit societas
sed ex medico & agricola

Magnū otium ea & curari &
parari nobilem

Rodolphus Goclenius
physicæ doctor pro
fessor in Ac
nūa Marpur
gensi scribebat
anno 81
in brūma

Festina lente

Nil quod tenere cogniris
Nil tenere facias prius quod non fu-
erit suum sint vera consideravens

MORVS.



Serior at Morus nunquàm niſi frigore lapſo
Germinat: & ſapiens nomina falſa gerit.

Non niſi hyeme præterita Morus germinat extra hyberni rigoris & gelu periculum. Sic & vir ſapiens nullo in negocio præpropere feſtinat ante tempus: nec quidquam periclitatur, ſed tuto rem agit. Quare hæc arbor Græco nomine μῶρος dicta videtur· ἀντιφρασικῶς· μῶρος enim Græcè, ſtultus eſt Latinè. At contra ſapiens videtur, quæ florem, & fructum ab hyemis iniuria præſeruat.

MALVS MEDICA.



Aurea ſunt Veneris poma hæc: iucũdus amaror
Indicat, eſt Græcis ſic γλυκυπίκρος amor.

Citrus mala fert aureo colore, auſtero cum dulci ſapore, & amaro cortice. Talis & eſt affectus Amoris, cuius Dea eſt Venus, aureo ob id malo à Paride donata.

principium sphaeræ, Sphæ-
ram cum principe Romæ
postulat a nobis, totius con-
ditor orbis.

Hæc nobilissimo
doctissimoq; dno Mar-
tino Anutio scribebat
Joan. Balth. Tyling
a Zürich. 30. Xbris
A° 81. in Grisen.

Q. D. E. H.

Modestin Humbracht Den 27
dag Septemb Anno 1584

LAVRVS.



Præscia venturi laurus fert signa salutis.
Subdita puluillo somnia vera facit.

ALIVD.

Debetur Carolo superatis laurea Pœnis:
Victrices ornent talia serta comas.

POPVLVS ALBA.



Herculeos crines bicolor quòd populus ornet,
Temporis alternat nóxque, atque vices.

+

Odj plus minus ac rosam virentem
Una spinej latet aspidis venenum
Postrua similem comam sodalem
Fronte candida foris micantem
Intus cor fice nigrius gerentem.

// Paw outragee
Second bongee //

Nobilj ac præstanti Juveni
Dn. Martino Camitio, Domo
observantiæ ergo scribebam
Paulus Pincier Vinett. Hes.
præstiti favoris nunquam immemor
Marpurgj. 82. Kosr. Mart.

Plautus.

VIRTUTE ambire oportet, NON FAUTORIBUS.

Sat habet fautorum semper, qui recte facit

— Vray est ce proverbe Courant
Que Scientie n'a Gaignon que L'ignorant.

Dño Martino Canutio Dano Nobilitate & Virtute ornatissimo juveni hoc suæ observantiæ & sempiternæ amicitiæ monumentum posuit Ludovicus Pincier Vetteranus pridie Cal. Aprilis. 1582. Marpurgi

INDEX EMBLEMATVM
IN LOCOS COMMVNES DIGESTORVM.

EMBL. DEDIC.

Ad illustrisimum Maximilianum &c. 7
Mediolanum 8
Nunquam procrastinandum 9

Deus, sive religio.

In Deo lætandum 10
Sapientia humana, stultitia est apud Deum 11
Ficta Religio 12
Non tibi, sed religioni 13
Quà Dij vocant, eundum 14

VIRTVTES.

Fides.

Fidei Symbolum 15
Fœdera 16
Silentium 17
Non vulganda consilia 18
Nec quæstioni quidem cedendum 19

Prudentia.

Consilio, ac virtute Chimæram superari: id est, fortiores, & deceptores 20
Vigilantia, & custodia 21
Νῆφε καὶ μέμνης ἀπιστεῖν ἅρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν
Ἢ παρέβην? Τί δὲ ἔρεξα? Τίμοι δεον
δυκ ἐτιλέσθην 23
Prudentes 24
Prudens, magis quàm loquax 25
Maturandum 26
In deprehensum 27
Custodiendas virgines 28
Vino prudentiam augeri 29
Prudentes vino abstinent 30
In statuam Bacchi 31
Gramen 33

Iustitia.

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum 34
Tandem, tandem Iustitia obtinet 35
Etiam ferocissimos domari 36
Gratiam referendam 37
Abstinentia 38
Bonis à diuitibus nihil timendum 39

Fortitudo.

Signa fortium 40
Ἀνέχε καὶ ἀπέχε. 41
In adulari nescientes 42
Obdurandum aduersus vrgentia 43
Omnia mea mecum porto 44

Concordia.

Concordiæ Symbolum 45
Concordia 46

Concordia insuperabilis 47
Vnum nihil, duos plurimum posse 48
Firmissima conuelli non posse 49
Spes.
Spes proxima 50
In simulachrum Spei 51
In dies meliora 53
Illicitum non sperandum 54
Pudicitia. 55
VITIA.
Perfidia.
In Victoriam dolo partam 56
In fraudulentos 57
Dolus in suos 58
Maledicentia 59
In receptatores sicariorum 60
In adulatores 61
Ei, qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere 62
Stultitia.
Temeritas 63
Furor, & rabies 64
In temerarios 65
In eos qui supra vires quicquam audent 66
Impossibile 67
Cuculi 68
Vespertilio 69
Aliud 70
Ira 71
In eum, qui sibiipsi damnum apparat 72
Fatuitas 73
Obliuio paupertatis 74
Superbia.
Superbia 75
Impudentia 76
Philautia 77
Garrulitas 78
Inuidia.
Inuidia 79
Luxuria.
Luxuria 80
Luxuriosorum opes 81
Tumulus Meretricis 82
In amatores Meretricum 83
Cauendum à Meretricibus 84
Amuletum Veneris 85
Inuiolabiles telo Cupidinis 86
Lasciuia 87
Desidia.
Desidia 88
Desidiam abiiciendam 89
In facilè à Virtute desciscentes 90
Ignaui 91
Auaritia.
Auaritia 92
In auaros 93
In Aulicos 94
In Sordidos 95
In diuites publico malo 96
In auaros, Vel quibus melior conditio ab extraneis offertur 97
Gula.
Gula 98
Oculi effigies 99
In Parasitos 100
Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere 101
Captiuus ob gulam 102
In Garrulum, & Gulosum 103
Natura 104

Fortitudo mea Dominus tu.
Jesus crist vnd Gott Allein
Walter,

Nobilissime Domine amice
Martino Canuto generoso
Amardam Scribebat
Hanoviam ad
Moenum Ao 82
27 7bris September.
Johannes Loël jú
nior Volmariensis.

Eoban. Hessy.

Nemo Vir est qui non fuerit puer, attamen oes
Quis negaet? à primis puericiter eximy annis:
Atq utinam crescente ædo sapientia saltem
Crescat, & obrepens veniat cum laude senectꝰ.

Nobili & docto Viro Dño
Martino Canuſio Dano Eth
Vrbis Rurupa scribebat haec
Licha Christophorꝰ Spren
gerꝰ 12. Calend. Maij: Anno
p 82.

Meritum meum miseratio Dñi.

Doctorum agnomina. 104
Vis Naturæ 106
Ars Naturam adiuuat 107
In inuentam 108
In quatuor tempora anni 109
Astrologia.
Scyphus Nestoris 110
Quæ supra nos, nihil ad nos 112
In Astrologos 113
Qui alta contemplantur cadere 114
Amor.
Potentissimus affectus Amor 115
Potentia amoris 116
Vis amoris 117
In studiosum amore captum 118
Ἀντέρως. id est, amor virtutis 119
Ἀνέρως. Amor Virtutis alium Cupidinem superans 120
Dulcia quãdoque amara fieri 121
Ferè simile, ex Theocrito 122
In statuam Amoris 123
In obliuionem patriæ 125
Sirenes 126
Senex puellam amans 127
Colores 128
Fortuna.
Virtuti Fortuna comes 130
Fortuna Virtutem superans 131
Paupertatẽ summis ingeniis obesse, ne prouehantur 132
In Occasionem 133
In subitum terrorem 134
In illaudata laudantes 135
In momentaneam felicitatem 136
Ex damno alterius vtilitas 137
Bonis auspiciis incipiendum 138
Nil reliqui 139
Malè parta, malè dilabuntur 140
Semper prẽsto esse infortunia 141
Remedia in arduo, mala in prono esse 142
Honor.
Ex arduis perpetuum nomen 143
Ex literarum studiis immortalitatem acquiri 144
Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, Primi Ducis Mediolanensis 145
Optimus ciuis 146
Strenuorum immortale nomen 147
Nobiles, ac generosi 148
Duodecim certamina Herculis 149
In nothos 151
Imparilitas 152
In desciscentes 153
Aemulatio impar 154
Albutij ad D. Alciatum suadentis vt &c. 155
Princeps.
Princeps subditorum incolumitatem procurans 156
In Senatum boni Principis 157
Quod non capit Christus, rapit Fiscus 158
Opulẽtia tyranni paupertas subiectorum 159
Consiliarij Principum 160
Principis clementia 161
Respublica.
Salus publica 162
Respublica liberata 163

Vita.

In vitam humanam 164
Aëre quandoque salutem redimendam 165

Mors.

Cum Laruis non luctandum 166
De Morte, & Amore 167
In formosam fato præreptam 168
In mortem præproperam 169
Terminus 170
Opulenti hæreditas 171

Amicitia.

Amicitia etiam post mortem durans 172
Mutuum auxilium 173
Auxilium nunquã deficiens 174
Gratiæ 175

Hostilitas.

In detractores 177
Inanis impetus 178
Aliquid mali, propter vicinum malum 179
In eum qui truculentia suorum perierit 180
Ἐχθρῶν, δῶρα δῶρα. In dona hostium 181
A minimis quoque timendũ 182
Obnoxia infirmitas 183
Vel post mortem formidolosi 184

Vindicta.

Iusta vindicta 185
Iusta vltio 186
Parem delinquentis, & suasoris culpam esse 187
Alius peccat, alius plectitur 188
Insani gladius 189

Pax.

Pax 190
Ex bello pax 191
Ex Pace vbertas 192

Scientia.

Doctos Doctis obloqui nefas esse 193
Eloquentia, fortitudine præstantior 194
Facundia difficilis 195
Antiquissima quæque commentitia 196
Insignia Poëtarum 197
Musicam Diis curæ esse 198
Litera occidit: Spiritus viuificat 199
Dicta septem sapientum 220

Ignorantia.

Submouendam ignorantiam 202
Mentem, non formam plus pollere 203
Dives indoctus 204

Matrimonium.

In fidem vxoriam 205
Reuerentiam in matrimonio requiri 206
In fœcunditatem sibiipsi damnosam 207
Amor filiorum 208
Pietas filiorum in parentes 209
Mulieris famam, nõ formam vulgatam esse oportere 210
In pudoris statuam 211
Nuptam contagioso 213

Arbores.

Cupressus 213
Aliud ibidem
Aliud

[illegible]

πορισμὸς μέγας τοῦ βίου μετ'
αὐταρκείας.

Nobilitati generis omnig
disciplinæ ornatissimo Dño
Martino Camitzo Patrio
Francofurti ad Oderam Sen
tori dat Bartholdus Lividius
D. medicinæ ordinarius Reg
publicæ illius, 16 Kalend
Qbr 84.

Aliud ibidem
Quercus 214
Aliud ibidem
Salix 215
Abies 216
Picea 217
Cotonea 218.
Hedera 219
Ilex 220
Amygdalus 221
Buxus 222
Morus 223
Malus medica 224
Laurus 225
Populus alba. 226

FINIS.

F. petrarcha.

Verus amicitie cultor precioſior auro eſt
et gemmis. ſed enim dic mihi Vbi inuenia

Tullius.

Amicus certus in re incerta cernitur

V. V. B. A. D. M. H. F. K.

Nobiliſsmio & doctiſsimo
Domino Martino Cantio
Jano fratri et amico ſuo
hanc Vulgari ſcribebat hæ
Burchardus Hoffmann
Caſtellanus Marpurgi 14.
Kbris Anno Salutis M.
D. LXXXI.

+

ἡ ἀρετὴ αὐτάρκες τι πρὸς εὐ=
δαιμονίαν.

Ipsa quidem virtus precium sibi, solaq; late
Fortunæ secura nitet; nec fascibus vllis
Erigitur, plausuue petit ditescere vulgi.
Vtl opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Nullys ammosa sinis, immotaq; cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Nobilitate generis, eruditione,
et virtutibus verè heroicis orna-
tissimo inueni, D. Martino Ca-
nutio Dano, conterraneo et ami-
co suo optimo, in memoriæ mu-
quam interituræ, et amicitiæ
nunquam intermoriturę symbo-
lum, scribebat M. Nicolaus
Sagittarius Danus, Francofurti
ad Mœnum 16 Septemb. Ann-
no dni 1581.

Qui possit Dominis recte
seruire duobus
Nostro, nec ullo tempore
nemo fuit.

Haec Theophilus
Dasypodius Z: Licet
- qui gratiam Nobilis
Maximi Camerij scrip
Lichae Anno 15 8

Gott und sein
will Ich nimmer sein

Anno [illegible] Gott
Zu Jesu Christo
zu Mitzenburgk
Ao. 87.

Christus Resurrectio Mea

In perpetuam Memoriam
Nro. Nobili Martino Ca
nuto Knaz Josh: scharpff
Christoph Rohr Cellarius
Mintzenburgensis 11 die
Januarij Ao. 1587.

Quicquid agis prudenter
agas, et respice
finem.

Hæc florentissimo, do
simoq viro Duo
tino Canuto, et
conterraneo suo
arabat Erasm
Sobrinus
Domus.
86 Decemb
12.

Tempori cedere, & necessitati parere
sapientis semper est habitum.

Docto & Nobili iuueni D.
Martino Camutio Dano amico
& conterraneo suo reuerenter
colendo. Petrus Suo Wibungensis
Danus amoris testificandi studio
Hereberga hæc scribebat oppidum
Ducatus Wirtembergici 7 Martij
Anno ꝺ ꝺ LXXXI

Vergilius 10 Aene.

Famam extendere factis
Hoc virtutis opus.

Nobilissimo et doctissimo
Dn. Martino Cantio
Dano scribebat haec
Hermanus Homberg
Hombergensis Marpurgi
[redacted] Anno 81
9 decembris

In vitam Aulicam.

Ferre moram, moderari iram, contemnere nisy.
Dura pati cunctos, aulica vita docet.

X ora et labora. X

† Haec, nobilitate ac eruditione
Praestanti Dno Martino Cantiuio
Dano amico ac dno suo cumpri
mis observando, scribebat
Georgius Rhe. Augustinianus 81

Optima vincendi ratio & patientia, vin
cũ patitur, si vis vincere disce pat

Gaudet patientia duris.

Hæc Nobilissimo doctiss
simoq; Dno Martino La
mitio scripsit Johannes
Weslingig. Osnabrugensis
Marpurgi 9 Decemb.
Ao 81.

N. N. V. L. C.

Fato omnia Regun

Hoc Hantich
Buch Cyrus
magni Hans.
8 L. 9 Dolch.

AD Galatas 6.

Absit ut glorior nisi in cruce Dni nostri Iesu Christi &c.

V. A. C. T.

Nobilis. Litteratissimoq; iuueni Dn. Martino Camitio scribo. Martyri Hassorn Guilielmo Libredius Dusseldorpiensis Anno salutis Christianæ 81. 9 Decembris &c.

Berh.

Aspice vulnera pendentis sanguinem
morientis cicatrices resurgentis:
Caput habet inclinatum ad osculandu
cor apertum ad diligendum brachia ex
tensa ad amplectendum totum corpus
expositum ad redimendum: Haec tanta
sint cogitata haec in statera cordis ves
tri apprendite, vt toty vobis figatur
in corde q toty pro nobis affixus sit
in cruce.

Traditione pietate nec non nu
rum integritate ornatissimo
Nobili Domino Camillo Mar
tino huic Conterraneo suauissimo
Haec scripsit Haggaeus petraeus
Sebang Francfurdum transies.
19 Septemb: ano 81.

Vita hominum in hac terra

Vivimus ing diem, nec nita permitet acta,
Quid simus aut fuerimus. Stulti quid gloria mundi
O quid homo? ex terra in terram mitabitur atra
Et scelere attractis fatorum in mobilis ordo
Vertitur, ambigue labuntur tempora vitæ.
Oriem florere vides hodie, cras occidit ille,
Et celeri spacio nostrum consumitur ævum,
Nong moram pietas, non anni copia fulmi
Affert, non revocat gressum labentibus annis.
Nascimur in fletu, fletu consumimus ævum,
Cum nos fata vocant, tristi morimur gnog fl

Hæc nobilissimo ac doctissimo D
Martino Camitio scribebat Cum
radg Zollnerg à Spatzenwinkel
Marpurgi 11. decembris Anno 1581

Philemon

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν ὃς οὐκ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὃς ἀδικεῖν δυνάμενος οὐ βούλεται

Vir iniustus est, non qui nihil iniuste agit: Sed qui, cum iniuste agere potest: tamen non vult.

Pietate atq; doctrina ornatiss: Iuueni D Martino Canuto Dano: uera et constantis amicitiæ ergõ: Tobias Martinides Moranus Argentinæ consignauit: 4to die octob. Anno vltimi temporis 1580.

Andreas Alciatus.

Cum cornus piscator aquis ejecerat hamos:
Naufragii infranctii sustulit ære caput.
Maxima mox hominis flens infortunia: parvo
Quæ superhinc fuerant, condidit ossa solo.
Pondera sed fodiens ingentia reppersit auri:
Justo homini nunquam gratia facta perit.

Docto & modesto adolescenti, Martino Canutio Hassuien=si, in perpetuæ memoriæ tesseram hæc scribebat, Seue=rinus Schott Grenaanensis. Argentinæ, 20 Julij, Anno salutis recuperatæ 1569.

Georg: Briesmanus.

Ire, manu, lingua, fratres munda omnia
fœdant
in mundo meritò sese habitare negant.

X. A. M. A. D. X.

Martino Camitio Dano:
optima Spei pignero: scribe
bat Petrus Wenerg Oshu
Franeq: Brunsbrunicæ
ergò Hafniæ. An:
clɔ ɔ lxx. Idib:
Mar 5.

Sophocles.

Πρὸς τάδε κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπαν θ' ὁρᾷν,
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσῃ

Χόρος.

Valentinus Exythræus.

Cicero

Amicitiam cum nemini citò iunxeris:
sed initam da operam ut tuearis. pariter
enim turpe est, amicum habere nullu, &
crebro mutare familiaritates

Eximius thesaurus AMICITIA:
Eterne amicus, quasi animi custos
Gloss. in l. Iura cuiusq; ff de
verbo. Signif.

Ex testimonio scripti
habui Joannes Reichart
dus Hofstetters hujus
Friburgiæ ao 1585
Th. Martij

— — fides securis anchora fortior


MC